a immediate dicta, quod hoc animal rationale est opus logicum in actu 2o quia sit propositio: et constat ex terminis logicis in actu 2o talibus: opus enim logicum debet constare terminis logicis, et termini logici circa propositionem sunt tales in actu 2o (exercito) et consequenter supponunt logice in actu 2o. concesso antecedente nego consequentiam et definitio illa animal rationale constat terminis logicis in actu 2o talibus in significatione et praedicatione pariter huius vocis terminus logicus nego: in lata seu minus stricta significatione huius vocis terminus logicus concedo consequentiam. Concedo quod illa dictio animal mediante quadam copula logica in enunciationis formalis, sed coordinationis et dispositionis logicae uniatur logice cum illa dictione rationale ut consurgat illud opus logicum, seu illa logica definitio, et in sensu hoc non nego dictiones illas esse terminos logicos. At terminus logicus stricte et rationale sumptus iuxta communem phrasim cum Aristotele planum est in ordine ad propositionem, et proinde nisi terminus sit actuale extremum propositionis non erit stricte terminus logicus in actu 2o exercito, nec in actu 2o significato doctrinali erit obiectum aut probatio logice supponere in actu 2o

112 Observabis 2o quod non omnis suppositio, etiamsi activa simul et passiva sit, est suppositio logica. Prorsus enim interrogatio activa et passive supponit pro rege, ut diximus, et tamen Prorex non supponit logice pro rege. Observabis 3o quod non omnis significatio est suppositio logica; fumus enim significat ignem, et tamen fumus non supponit logice pro igne. Observabis 4o quod non omnis suppositio est significatio, quia interpretes supponunt active pro vocibus, siquidem faciunt quod facerent voces, si adessent, similiter significant res; et tamen interpretes non significant voces. Observabis 5o quod sola significatio doctrinalis terminorum est logica suppositio, quia suppositio logica est illa ratione cuius dictio in propositione ponitur pro suo obiecto, ut subeat munus logicum subiecti formalis aut formalis praedicati: cum autem id non conveniat nisi terminis doctrinaliter significantibus sua obiecta, inde est quod sola significatio doctrinalis terminorum sit logica suppositio

102 Unde infertur 1o quod ut aliquid habeat suppositionem logicam in actu 1o debet habere significationem doctrinalem in actu 1o, seu esse dictionem doctrinalem, ex quo fit quod voces non significantes ut illic tiri non habent suppositionem logicam neque in actu 1o: non enim habent proximam actitudinem, ut in propositione subeant munus logicum subiecti formalis, aut formalis praedicati. Infertur 2o, quod ut aliquid habeat suppositionem logicam in actu 2o debet habere

sigcationem doctrinalem in actu 2o, ex quo fit quod vox doctrinaliter sigcativa, et materialiter in suppositione posita non habeat suppositionem logicam in actu 2o: unde in hac propositione equus est vox, vox illa equus non habet suppositionem logicam in actu 2o, quia tunc non se exercet ut doctrinaliter sigcativa: siquidem neque est subiectum formale aut formaliter redditum propositionis, ut saepius inculcavimus. Et licet tunc audita voce equus veniamus actualiter in cognitionem prima tamen vox illa tunc non doctrinaliter, sed tantum indicative sigcavit actualiter equum, sicut imago Caesaris Caesarem.

156 Sed opponis: termini propositionis mentalis supponunt logice in actu 2o pro suis obiectis; sed tales termini non sigcant actualiter sua obiecta; siquidem non sunt signa in actu 2o: ergo datur suppositio logica in actu 2o absque sigcatione doctrinali in actu 2o. Concessa maiori, negamus minorem. Sed, tales termini non sigcant actualiter doctrinaliter sua obiecta sigcatione strictà et rigorosè tali concedo: sigcatione lata et minus rigorosa talis nego minorem, et ideo licet sigcatio repertà in terminis mentalibus non sit stricta et propria signi in actu 2o talis, est tamen sufficiens ad constituendum terminum logicum proprietatem in actu 2o; nam est sufficiens ut termini mentales sint subiectum formale, et formaliter redditum propositionis. Ex dictis in tota hac sectione colligitur, quod suppositio logica omni et soli termino logico convenit, nam ea soli convenit dictioni, quae pro suo obiecto doctrinali subit in suppositione munus logicum subiecti formalis, aut formalis redditi, quod in omni, et solo termino logico invenitur.

SECTIO 2

Suppositio Logica dividitur

157 Suppositionem communiter solet dividi in materialem, et formalem. Divisio ista non eodem modo ab omnibus explicatur; nam qui tenent voces non sigcativas esse terminos logicos sicut et quae materialiter supponunt longe alium sensum huius divisionis commendant. Iudico, quod suppositio materialis est positio unius loco alterius casualiter et sine agentis destinatione: hanc suppositionem habet imago A, si casu, absque intentione agentis in intentionem loco imaginis B substituatur. Suppositio autem formalis est positio unius rei pro alia ex intentione agentis ad obeundum aliquod munus quod alia obiret si adesset. Ita se habet imago depicta posita pro imagine marmorea ex intentione agentis, ut exhibeat speciem prototypi, quam exhiberet

marmoreas i adesse.

VV8 Hinc infertur 1o, substitutiones sculpturarum pro vocibus, et vocum pro conceptibus ad obeundum munus manifestandi eos, non esse supositiones materiales sed formales seu ex intentione impositionis sculpturarum, et vocum, licet nec sculpturae significent voces, nec voces significent conceptus. Infertur 2o, supositionem materialem non esse supositionem logicam, imo negat omnem supositionem formalem supositionem logicam esse: sculpturae enim non supponunt logice pro vocibus, nec voces pro conceptibus. Unde non bene dividitur logica supositio in materialem et formalem. Supositio vero logica dividi solet in propriam, et in impropriam. Propria est positio termini pro suo determinali significato quod ex impositione habet: talis est supositio vocis leo pro leone. Impropria est positio termini pro determinali significato per translationem: talis est supositio vocis leo pro hoc forti. Hac supositione rhetores agentibus relicta ne ad inania vagemur ad supositionem logicam propriam cum Dialecticis gradum faciamus.

VV9 Utraque dividitur supositio logica in communem et singularem. 1a est positio termini pro suo significato communi, ut equus est animal. 2a est positio termini pro suo significato singulari ut Petrus est hic homo. 2o dividitur supositio logica in simplicem et personalem. Simplex est positio termini immobilis pro suo significato determinali, ut homo est species. Personalis est positio termini mobilis pro suo significato determinali, ut homo est animal. Cuius divisionis intelligentia pendet ab explicatione mobilitatis, et immobilitatis horum. Sumitur ergo terminus in propositione ponitur immobiliter, seu simpliciter quando servata propositionis veritate nequit pro eo tali termino subrogari quilibet alius terminus, cum cuius obiecto realiter adequate identificatur obiectum termini supponentis simpliciter: unde in hac propositione homo est species terminus communis homo supponit simpliciter, quia servata propositionis veritate nequit pro termino homo subrogari hic terminus Petrus cum cuius obiecto realiter adequate identificatur obiectum termini homo: ista enim propositio Petrus est species non est vera sed falsa.

VV7 Similiter in hac propositione Petrus est individuum subiicibile termino singularis Petrus habet supositionem simplicem, quia servata propositionis

veritate requirit (o ex illius) poni terminus ly cum cuius obiecto realiter adequate identificatur obiectum termini praedicati: hec enim propositio ly est similitudinis subiicibile debet vera significata. Unde infertur quod non solum terminus communis se etiam singularis potest habere suppositionem simplicem. Secundo. tunc terminus in propositione ponitur mobiliter, seu personaliter, quando servata propria propositionis veritate potest probabiliter subrogari quilibet alius cum cuius obiecto realiter adequate identificatur obiectum termini supponentis personaliter: unde in hac propositione ly est animal terminus ly supponit personaliter, quia servata propria veritate potest pronomen ly subrogari terminus petrus cum cuius obiecto realiter adequate identificatur obiectum termini ly: hec enim propositio petrus est animal vera est. Propter candem rationem terminus petrus in propositione petrus est animal supponit personaliter quia pro nomine petrus potest subrogari terminus ly: vera est enim hec propositio ly est animal. Infertur, ergo terminum communem quam singularem posse supponere personaliter.

118 Ratio. ob quam pronomen supponens personaliter, vero pronomen supponens simpliciter, potest pro dicto modo subrogari alius terminus fundatur in hac ultima regula quia quid convenit obiecto secundum esse reale verificatur de omni eo cum quo eius obiectum realiter adequate identificatur. Certum non quid quod convenit obiecto secundum esse intentionale verificatur de omni eo cum quo eius obiectum realiter adequate identificatur unde cum iusta communem explicationem terminum supponere personaliter sit supponere pro obiecto secundum esse reale, quia esse personale est esse reale, et terminum supponere simpliciter est supponere pro obiecto secundum esse intentionale, quia esse simplex est esse intentionale: inde est quod manente propositionis veritate potest pro termino supponente personaliter subrogari quilibet alius terminus cum cuius obiecto realiter adequate identificatur obiectum termini supponentis personaliter: similis autem subrogatio fieri nequit, manente propositionis veritate quando terminus supponit simpliciter.

119 Ex dictis infertur

vero quod licet singulare propositionis sit terminus secundae intentionis potest subiectum habere suppositionem personalem, ut exempli gratia in propositione ista universale est unum aptum predicari de pluribus per suis realiter multiplicationem

in quantum universale supponit personaliter: manebit namque propositio vera licet pro homo universale subrogetur quilibet alius homo cum cuius obiecto realiter adaequate identificatur obiectum talis universale: vere etenim sunt propositiones istae species est unum aptum praedicari de pluribus: genus est unum aptum praedicari de pluribus. Infertur 2o, quod subiectum propositionis possit habere suppositionem simplicem, licet praedicatum sit terminus 2ae intentionis: ita evenit in hac propositione vera animal est equus, in quantum animal supponit simpliciter quia manente veritate propositionis nequit pro homo animal subrogari quilibet alius homo cum cuius obiecto realiter adaequate identificatur obiectum talis animal: haec enim propositio homo est equus falsa est. Hoc verum est si sit sermo

120 in dicta, sit in materia de qua agimus de qua alibi. Redeamus ad suppositionem communem. Suppositio communis subdividitur in distributivam, copulativam et disiunctivam. Distributiva est positio termini communis pro suis inferioribus, ita ut de quolibet verificetur praedicatum v.g. omnis homo est animal, ubi homo supponit distributive, quia de quolibet homine seorsim verificatur praedicatum animal. Copulativa est positio termini pro suis inferioribus simul sumptis ita ut de nullo seorsim ab aliis verificari possit praedicatum v.g. Evangelistae sunt quattuor Apostoli sunt duodecim, ubi homo evangelistae et homo Apostoli supponit copulative quia praedicatum quattuor et praedicatum duodecim non de quolibet seorsim sed de omnibus simul sumptis verificari potest. Disiunctiva est positio termini communis pro suis inferioribus in determinate sumptis, v.g. aliquod animal est equus

121 Suppositio distributiva subdividitur in completam, et in completam, et accommodam completam. Completa est positio termini communis pro suis inferioribus de quibus nullo dempto verificatur praedicatum v.g. omnis homo est rationalis. Incompleta est positio termini communis pro suis inferioribus, aliquo vel paucis exceptis de quibus verificatur praedicatum v.g. omnes homines in Adam peccarunt quae propositio vera absolute est, licet Christus D. et beatissima Virgo intelligantur excepti. Accommode completa est positio termini communis non pro singulis inferioribus, sed pro speciebus singularum quae sub termino communi clauduntur v.g. omne animal fuit in arca Noe id est omnes species animalium

122 Suppositio disiunctiva subdividitur in confusam et determinatam. Haec est positio termini communis pro suis inferioribus indeterminate suppositi, ita ut de aliquo determinato verificetur praedicatum, v.g. aliquis oculus videt. Praedicatum enim videt, supposita veritate propositionis verificari debet de aliquo determinato oculo, ex iis qui indeterminate significantur per ly aliquis oculus. Confusa est positio termini communis pro suis inferioribus indeterminate suppositi, ita ut de nullo inferiori determinato verificetur praedicatum, v.g. aliquis oculus requiritur ad videndum, in qua propositione terminus oculus habet suppositionem disiunctivam confusam, quia licet propositio vera sit de nullo tamen determinato oculo verificatur requiri ad videndum.

123 Discrimen harum propositionum patet in oculis et in potentiis. Nam sint. Da, quod sit vera haec propositio aliquis oculus videt, in qua terminus oculus habet suppositionem disiunctivam determinatam: da insuper quod inspiceres omnes omnium oculos: tunc utique posses aliquem determinatum oculum assignare, et de illo absque ulla disiunctione dicere hic oculus videt: et ita quando terminus habet suppositionem disiunctivam confusam; nam licet supponatur vera haec propositio aliquis oculus requiritur ad videndum, non posses tunc assignare oculum de quo praecise posses dicere hic oculus requiritur ad videndum. Huius discriminis ratio est, quia illud praedicatum videt supponit pro actione videndi determinata, et actu existente, quae consequenter provenit a causa determinata, scilicet a determinato oculo: illud vero praedicatum requiritur ad videndum supponit pro necessitate alicuius oculi, ut ponatur actio videndi; cum autem ad hanc actionem ponendam sufficiat quilibet oculus, inde quod non possis assignare determinatum oculum, de quo praecise verificetur praedicatum requiritur ad videndum.

124 Signa quae dantur ad logam suppositionem dignoscendam diversa sunt. Alia sunt universalia affirmativa, v.g. omnis, semper, ubique etc. Alia universalia negativa, ut nullus, nunquam, nullibi etc. Alia particularia affirmativa, ut aliquis, aliquando, alicubi etc. Alia sunt particularia ~~affirm~~ negativa, ut aliquis non

aliquando non aliquis id est. Alia denique sunt signa specialis confusionis qualia sunt requiritur, usq. etc. Rogabis hic 1o quam suppositionem habeant subiecta in propositione affectum immediate aliquo signo? respondeo. Signum universale affirmativum distributionis subiectum affirmando praedicatum distributive de omnibus, et singulis inferioribus, v.g. omnis homo est animal id est Petrus est animal, et sic de reliquis. Quando praedicatum est collectivum non fit distributio, sed subiectum supponit collective, v.g. omnes Evangelistae sunt 4or tunc enim non recte fit distributio v.g. hic Evangelista est 4or ille Evangelista est 4or. Signum universale negativum distribuit subiectum negando praedicatum de omnibus, et singulis inferioribus v.g. nullus equus est lapis id est neque hic equus est lapis, neque ille equus est lapis

125. Signum particulare affirmativum dat subiecto affirmativo suppositionem disiunctivam determinatam affirmando praedicatum de omnibus inferioribus sub disiunctione v.g. aliquod animal est leo id est vel hoc animal est leo vel illud animal est leo. Signum particulare negativum subiecto dat suppositionem disiunctivam determinatam negando praedicatum sub disiunctione de omnibus inferioribus v.g. aliquod animal non est leo id est vel hoc animal non est leo vel illud animal non est leo. Signum denique specialis confusionis facit, quod subiectum propositionis affirmativae habeat suppositionem disiunctivam confusam, v.g. equus requiritur ad equitandum, id est vel ille equus vel iste equus, vel hic equus requiritur ad equitandum. Si vero propositio sit negativa, signum specialis confusionis facit, quod subiectum habeat suppositionem distributivam v.g. lapis non requiritur ad occidendum id est neque hic lapis, neque ille lapis neque iste lapis requiritur ad occidendum

126. Rogabis 2o quam suppositionem habeat praedicatum in propositione cuius subiectum immediate afficitur aliquo signo? communiter Respondeo. quod praedicatum non collectivum propositionis universalis affirmativae v.g. omnis homo est animal habet suppositionem disiunctivam determinatam quia ex illa propositione recte infertur ergo Petrus est vel hoc vel istud vel illud animal etc. Paulus est vel hoc vel illud vel istud animal, et sic de reliquis hominibus. Similiter docetur quod praedicatum

pp

127 p ponoe universalis negativa nullus homo est equus homo habet suppositionem distributivam: illa enim post illam negationem infertur plures, paulus non est ... vel aliquis homo non est hic equus nec quis ille equus. Incipiens communis doctrina est, quod predatum propositionis particularis afirmativae v.g. aliquod animal est leo habet suppositionem distributivam determinatam; quia ex tali propositione vere infertur aliquod animal est hic leo vel ille leo &c. Tandem dicitur quod subjectum datum propositionis particularis negativae v.g. aliquod animal non est leo habet suppositionem distributivam; vere enim ex tali propositione infertur vel hoc animal non est hic leo neque iste leo, vel illud animal non est hic, neque iste neque ille leo.

128 Rogabis quam suppositionem habeat subjectum in propositione indefinita id est quando subjectum commune nullo ex predictis signis afficitur? Ro, quod tunc servandum quantum possit axioma illud talia sunt subjecta, qualia permittuntur a predicatis, id est eam suppositionem habet subjectum quam huic permittat predicatum: unde ex tali doctrina infertur 1o quod subjectum harum propositionum evangelistae sunt sancti, ... fuerunt 4or, nempe ..., suppositionem distributivam in 1a quia ita permittit predicatum sancti, et in 2a copulativam, quia solum suppositionem copulativam permittit subjecto predicatum 4or.

129 Infertur 2o, quod si propositio est afirmativa de subjecto necessario ... predatum, subjectum habebit suppositionem distributivam v.g. homo est animal id est omnis homo est animal. Idem dicimus si propositio sit negativa de subjecto cui predatum repugnat v.g. homo non est lapis, id est nullus homo est lapis. Infertur 3 quod si predatum afirmat aliquid physice contingens subjecto subjectum supponit distributive determinate tam in propositione afirmativa quam in negativa, v.g. homo currit id est aliquis homo currit: homo non sedet, id est aliquis homo non sedet:

13o Duplex dubium resolvitur

Primum qua suppositionem habeant termini relativi. Supposito terminum relativum esse quem in memoriam revocat significatum mi antis, respondeo 1o, quod terminus relativus non semper habet eandem suppositionem quam habet terminus ad quem refertur. Ro antecedens; negativa est hic propositio omnis homo est animal rationale et praeterea nihil est animal rationale sed ... si

sicut ly relativum ergo quia ipsum habet eandem suppositionem singularem affir-
mativam quam habet suus antecedens scilicet omnis homo, sic in ista propositione
sunt ergo propter nihil est animal rationale, ergo pro parte nihil
est animal rationale, et ita propositio est falsa, et suus relativus non semper
habet eandem suppositionem quam habet suus antecedens, ad quod refertur
in pluribus vero propositionibus habet suus relativus eandem suppo-
sitionem quam antecedens ut in hac propositione Bucephalus est equus, et ergo
ipsum nihil est nisi equus, in qua illud relativum ergo ipsum habet
suppositionem singularem Bucephali.

131 Respondeo 2o quod suus relativus habet semper
eandem suppositionem quam haberet antecedens si poneretur ubi est relativus.
Haec regula verificatur de qualibet propositione, quae non relativa con-
tat; unde in illa propositione omnis homo est animal rationale, ergo propter ipsum
nihil est animal rationale, illud relativum ergo propter ipsum habet suppositionem collec-
tivam quia si loco ipsius poneretur suus antecedens hic haberet suppositionem
collectivam; in hac enim propositione omnis homo est animal rationale, ergo propter
omnem hominem nihil est animal rationale, licet ergo propter omnem hominem habet suppo-
sitionem collectivam quia facit hunc sensum: ergo propter hunc, et illum, et illum hominem
nihil est animal rationale.

132 Notabis hic quod suus relativus qui potest implicite
poni in propositione restringendo subjectum, quod fit ut omnis homo qui
currit movetur, ubi ly qui restringit ly omnis homo ad significandum solum
omnem hominem currentem. 2o potest poni ut sit suus relativus, ut omnis homo
movetur, qui currit, quae propositio est composita quae libet quae illius pars
si falsa sit negari potest. 3o potest poni ut deserviens ad copulam im-
plicationis ex parte subjecti, quin restringat ipsum subjectum, ut omnis qui
currit movetur, quae propositio non est fractive composita, et negaretur
non propositio sed propositionis suppositum, si solum copula implicationis falsa
idest, si solum falsum sit, quod prius curreret dummodo quod moveatur

133 2um

dubium est, quae sit propositio de subjecto non supponente? Respondeo esse
illam in qua ex parte subjecti implicite aut explicite affirmatur aliquid
falsum unde haec propositio Antichristus currit est de subjecto non supponente quia
ex parte subjecti implicite affirmatur dari existentiam Antichristi quae non datur

illa enim propositio equivalet huic Petrus existit et currit. ratio huius equivalentiae est quia ut Petrus curat prerequiritur Petri existentia; unde qui affirmat Petrum currere, supponit seu implicite supponit et affirmat existentiam Petri. Similiter haec propositio Antichristus, qui est albus, est homo est de subiecto non supponente; quia supponit subiectum explicite affirmatur aliquid falsum subiecto enim Antichristo id illius qui affirmat falsa copula implicationis, quae est illud verbum est quod venit ante copulam principalem illam scilicet quae de subiecto enunciatur pro datur hoc. Hic

134 notabis 1o quod omnis propositio affirmativa de subiecto non supponente est absolute falsa ratione falsitatis suppositionis; imo multae huius generis propositiones sunt etiam falsae ex alio titulo; quia nempe in ipsis affirmatur de subiecto praedicatum subiecto non conveniens, ut in ista Petrus existens loquitur. Notabis 2o, quod inter propositiones negativas de subiecto non supponente aliquae sunt verae quia copula falsa et supposita ut est haec Petrus existens non est currens, et aliquae sunt falsae ut patet in hac propositione Antichristus qui est albus non est homo, et etiam in hac Petrus sedens non loquitur quae propositio si Petrus non sedeat, loquatur tamen, erit falsa licet negativa, et de subiecto non supponente.

135 Notabis 3o quod in disputationibus aliquando neganda est absolute propositio de subiecto non supponente, aliquando vero solum propositionis suppositum negandum est. Ut id recte fiat, haec regulae servandae sunt. 1a: quoties propositio est falsa independenter a falsitate suppositi ut haec Petrus loquitur propositio absolute est neganda: quando vero propositio solum est falsa ratione suppositi, quo si non constaret, esset vera ut haec Antichristus qui est albus est homo tunc non est neganda propositio sed propositionis suppositum. Si autem tunc falsum suppositum omittis, quia alicui non imitatur, nihil contra te infertur, melius facies, si omisso supposito propositionem concedas.

136 Notabis 4o quod nunquam sunt de subiecto non supponente propositiones illae quae appellantur aeternae veritatis seu quae constant praedicato essentialiter convenienti subiecto et semper sunt verae licet subiectum non existat, v.g. homo est animal Petrus est homo haec enim propositiones faciunt hunc sensum conditionalem si homo existat erit animal si Petrus existat erit homo, in quo sensu nihil falsum

asserant ex parte subiectum ad quae sunt de subiecto supponunt. Probatur istandum verbum suppono apud Doctores tam passive quam neutraliter accipi posse sicut et active: unde eque bene potest dici terminus supponit pro suo obiecto, terminus supponitur pro suo obiecto.

137 ## SECTIO IV.

Ascensus, et Descensus, reliquaeque terminorum proprietates percurruntur.

Ascensus est argumentatio ab inferioribus sufficienter enumeratis ad terminum communem. E contrario autem Descensus est argumentatio a termino communi ad inferiora sufficienter enumerata. Et cum suppositionem communis affecti aliquo signo quadruplex esse posse iuxta dicta numero DXXIV inde est quod quadruplex etiam esse possit tam Ascensus quam Descensus. Ut tamen haec recte fiant, haec regulae servandae sunt. 1a: in suppositione distributiva fit descensus a termino communi ad singula inferiora enumerata per tot propositiones copulative coniunctas, quot sunt inferiora, ut omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, et ille homo est animal et sic de reliquis. Ascensus fit per easdem propositiones ordine inverso ut hic homo est animal et ille homo est animal, et sic de reliquis: ergo omnis homo est animal.

138 In suppositione copulativa fit descensus a termino communi ad omnia inferiora per unicam propositionem simul enumerata, ut omnia elementa sunt 4or: ergo terra, aer, ignis et aqua sunt 4or. Ascensus fit per easdem propositiones ordine inverso sic terra, aer, ignis et aqua sunt 4or: ergo omnia elementa sunt 4or. In suppositione disiunctiva determinata fit Descensus a termino communi ad inferiora singula per totidem propositiones disiunctas particulariter enumerata ut aliquis oculus videt: ergo vel oculus dexter videt, vel oculus sinister. Ascensus fit per easdem propositiones inverso ordine. Ascensus fit per easdem propositiones. In suppositione disiunctiva confusa, fit Descensus a termino communi ad singula inferiora simul disiunctive sumpta, et per unicam propositionem enumerata ut aliquis oculus requiritur ad videndum: ergo vel oculus dexter vel sinister oculus requiritur ad videndum. Inverso ordine fit Ascensus. Explicandae deveniunt alii termini proprietates, quae sunt Status, Ampliatio, Restrictio, Diminutio, Alienatio et Appellatio.

139 Status est positio termini pro suis significatis tam distributae suppositionis importatae per copulam ut homo currit ubi tempus

supponit cum statu quia ubi copula de praesenti supponit pro proprio tempore
praesentis existentiae: similiter in hac propositione Adamus peccavit ly Adamus sup-
ponit cum statu quia ubi copula de praeterito supponit pro Adamo existen-
te tempore praeterito. Distractio est positio termini pro suo significato extra tempo-
ris restrictionem diversum ab eo quod importatur per copulam, ut Caesar videntur in
qua propositione copula denotat tempus praesens, subiectum vero Caesar restrictio
supponit pro suo obiecto tempus praeteritum; hic enim explicatur qui fu-
erunt sed videntur. Ampliatio est positio termini pro suis significatis existen-
tibus in pluribus tamen supponit importatur per copulam, scilicet in aliis,
ut omnis homo est animal, ubi licet copula est denotat tempus praesens; ter-
minus omnis homo per ampliationem significat omnes homines tam praesentes quam
praeteritos, et futuros quam pure possibiles.

140 Restrictio est limitatio termini
se plura significantis ad significandum pauciora, ut homo iustus est amicus Dei,
ubi per illud adiectivum iustus restringitur terminus homo. Observabis hic ter-
minus posse restringi 1o per nomen adiectivum ut dictum est 2o per aliquod substan-
tivum minus significans ut omne animal leo est rugibile. 3o per casum obli-
quum, ut omne palium Petri est album. 4o per copulam implicationis ut om-
nis homo qui currit movetur. Observabis 2o, quod ab affirmato praedicato de
termino non restricto valet consequentia ad illud affirmandum de termino restricto ut omnis
homo loquitur: ergo homo omnis albus loquitur et e contra non valet. Observa-
bis 3o, quod a negato praedicato de termino restricto valet consequentia ad illud negan-
dum de termino non restricto, ut non omnis homo albus loquitur: ergo non omnis homo loqui-
tur; e contra non valet, nam ex hac propositione non omnis homo loquitur non infer-
tur ergo non omnis homo albus loquitur.

141 Diminutio est positio termini absolute signifi-
cantis ad eius significandum quid ratione alicuius additi, ut Aethiops est al-
bus quoad dentes ubi terminus albus qui sine ullo addito significat absolute rationem
albi, est cum diminutione sed quoad quid significat ratione illius additi quoad dentes.
Observabis vero esse illationem a termino diminuto affirmato ad non diminutum neg-
andum, ut Aethiops est albus quoad dentes: ergo Aethiops non est albus, a non autem
non diminuto negato non valet ad diminutum negandum ut Aethiops non est al-

quod est albedinis dentes. Alienatio est translatio termini a propria significatione ad impropriam rationem alicuius adiuncti picturæ, ubi terminus homo rationem adiuncti picturæ quod significat homo verus, sed hic pictura. Nota tamen terminum diminutum differre ab alienato quia hic amittit propriam significationem quod enim alienatur; terminus tamen albus dentes significant veram rationem albi; denique significat dentes vere et proprie sunt albi. Nota insuper ab eo alienato affirmato non valere ad id alienatum negandum ut est homo pictus ergo est homo

142 Appellatio tandem est applicatio significationis unius termini supra significatum alterius. Appellatio possit esse triplex materialis, scilicet formalis et mixta. Materialis datur quando significatum unius termini cadit supra significatum materiale alterius, id est supra subiectum ut album est dulce, quæ propositio sic exponitur subiectum albedinis est dulce; quod autem sic albedo est dulcis unde constat quod significatum termini dulce cadit supra subiectum seu significatum materiale illius termini album quod supra formam scilicet albedinem.

143 Appellatio formalis datur quando significatum unius termini cadit supra significatum formale alterius id est supra formam ut Aristoteles fuit magnus philosophus ubi li magnus appellat supra philosophiam quæ est formale significatum illius termini philosophus, ideoque significat magnitudinem scientiæ. Solum materialiter appellaret ille terminus magnus si de homine ingenti corporis, et logicæ ignaro qui tamen se magnum logicum iactaret diceretur hic est magnus logicus, quia tamen li magnus solum appellaret supra subiectum significatum per terminum logicus, ideoque significaret magnitudinem non scientiæ, sed corporis. Appellatio mixta datur quando significatum unius termini cadit supra significatum materiale et formale alterius ut album est contrarium ubi significatum unius termini contrarium cadit supra subiectum et formam significata per terminum album: propositio enim sic exponitur subiectum albedinis est et ipsa albedo simul sunt contraria

2

CONTIO II.

De vocibus ut correspondentibus Iudicio.

Voces correspondent indicio quatenus constituunt propositionem vocalem de cuius essentia divisionibus, materia, forma, quantitate, qualitate, oppositione conversione et Aequipollentia agendum nobis est in hac ouestio.

Q I.

D essentia divisionibus materia forma, quantitate, et qualitate propositionis.

SECTIO I.

Definitur, et dividitur propositio

1 Nomen verbum et orationem olim hic Deo ad explicationem anneccere sed quia parum refert, quod illa explicentur cum his ut pon. Ego sic cognitionem penitus vos iure sinceram adulationem et quae nostri instituti sunt progrediamur. Propositio est oratio perfecta enunciativa. Ita oratio perfecta est genus proximum in definitione, quia per esse orationem perfectam convenit propositioni, aliis orationibus perfectis quae propositiones non sunt, videlicet de praecante cum oratione Deus miserere mei, interrogativa, ut quid statis tota die otiosi? optativa ut utinam descenderes vocativa ut veni huc imperativa ut domine et similibus. Hae orationes licet sint perfectae quia habent perfectum sensum. qualem non habent orationes imperfectae ut ista si Petrus studeret tamen non sunt propositiones, quia non sunt enunciativae, idest quia nihil afirmant aut negant de obiecto: unde li enunciativa est differentia propositionis ab omnibus dicta.

2 Data propositionis definitio est iustamente Phi. qui capite 4 de oratione ait quod non omnis oratio est enunciativa sed ea tantum quae vera est aut falsa: unde cum omni et soli propositioni conveniat esse veritas vera aut falsa, omni et soli propositioni convenit esse enunciativam, et hinc dicitur, quod tunc solum oratio perfecta dicitur propositio, quando afirmat aut negat aliquid de aliquo. Nota vero quod conceptus enunciationis stat in praedicatione alicuius de aliquo, per dationem.

Secundo possit tam per affirmationem quam per negationem notato, quod omnis propositio aut veracem aut falsa. est vera si obiectum se habeat in se sicut enunciatur per propositionem ut petrus est homo: est falsa si obiectum non se habeat in se, sicut per propositionem enunciatur ut petrus est lapis. Notato quod addicta propositionis definitio convenit tam propositioni vocali quam mentali, accipitur modo de propositione vocali sermo sit.

3. Propositio dividitur in affirmativam et negativam. Affirmativa est, quae logice coniungit praedicatum obiectivum cum subiecto obiectivo ut petrus est homo. Negativa est quae logice separat praedicatum obiectivum a subiecto obiectivo ut petrus non est equus. Nota quod propositio constat copula principali, et copula minus principali (quae implicationis copula appellatur) est affirmativa si copula principalis affirmativa sit si vero copula principalis negativa sit propositio negativa est unde affirmativa est haec propositio petrus qui non tacet scripsit hic autem petrus, qui tacet non scripsit est negativa. 2o dividitur propositio in formalem et identicam. Formalis est cuius subiectum et praedicatum distinguuntur aliqua distinctione ut homo est animal rationale; homo enim distinguitur ab animali rationali distinctione rationis ratiocinantis. Identica est cuius subiectum et praedicatum nulla distinctione neque etiam rationis ratiocinantis distinguuntur ut homo est homo, petrus est petrus. Dividitur 3o in propositionem de 2o adiacente et de 3o adiacente. Haec est quae expresse constat praedicato formali distincto a copula ut petrus est loquens. De 2o adiacente est cuius copula formaliter continet vim praedicati, ut petrus loquitur.

4 Dividitur 4o in categoricam seu absolutam, et hypotheticam seu conditionatam. Categorica seu absoluta est, quae sine conditione aliquid enunciat ut petrus salvabitur. Hypothetica seu conditionata est quae enunciat aliquid dependenter ab aliqua conditione ut si petrus discedat amicus Dei, salvabitur. nota, quod conditio seu hypothesis dicitur id quod venit ante copulam principalem afficiendo particula si aut alia; conditionatum vero dicitur id quod affirmatur aut negatur. nota deinde quod conditio multipliciter potest se habere ad conditionatum

vo: necessario inferendo conditionatum, et tunc propositio hypothetica appellatur necessaria, ut si sol lucet dies est. 2o repugnando conditionato et tunc propositio dicitur impossibilis, ut si petrus est homo erit equus. 3o: contingenter aut libere, cum propositione tamen ut talis conditio coniungatur cum conditionato et tunc dicitur contingens. ut si petrus audiat concionem convertetur, potest conditio esse parata et impertinenter se habere ad conditionatum et tunc propositio dicitur disparata, ut si petrus currat turca dormit. Nota tamen quod in solum Hypothetica contingens sed etiam disparata est contingenter est determinate vera aut determinate falsa.

§ Propositio tam categorica quam Hypothetica 5o dividitur in simplicem et compositam. Propositio simplex est quod unicam copulam principalem habet ut petrus est homo: si petrus currit movetur. Infertur ratio propositionis simplicitatis posse inveniri tam in propositione categorica quam Hypothetica. Propositio composita, quae etiam complexa dicitur, est quae constat extremis, copula adverbiali unitis, in quorum quolibet reperitur copula enunciationis ut petrus legit, et paulus audit; talis dicitur propositio copulativa dicitur, quia constat extremis coniunctione copulativa unitis: propositio autem composita quae constat extremis coniunctione disiunctiva unitis dicitur disiunctiva ut vel petrus legit vel paulus audit. Infertur quod propositio composita potest esse categorica ut in exemplo videre est, et potest esse hypothetica seu conditionata ut si petrus audiat concionem convertetur et salvabitur.

6 Notabis 1o quod hae propositiones omne quod est incognoscibile est cognoscibile et aliae similes habentes copulam implicationis sunt propositiones simplices quia unicam copulam principalem habent, copula enim implicationis est minus principalis: unde quando tales propositiones sunt falsae ratione solius copulae implicationis, non negantur sed tantum negatur illarum suppositum. notabis 2o, quod propositio simplex potest esse virtualiter composita quando scilicet potest

exponi per plures propositiones copula adverbiali unitas v.g. haec propositio omnis homo est rationalis quae sic exponitur hic homo est rationalis et sic de aliis homo est rationalis et alias divisiones propositionis inferius exponam.

SECTIO II.

7 Materia, forma, quantitas, et qualitas propositionis et unde sumenda sit eius materia explicantur.

Materia propositionis est duplex: alia enim est materia intrinseca seu ex qua, alia extrinseca seu circa quam. Materia circa quam est obiectum illud circa quod versatur propositio subiectum scilicet obiectum et praedicatum obiectum. De hac materia postea quaestio instituetur. Materia ex qua propositionis si propositio comparetur composito artificiali comparantur sunt dictiones ex quibus constat propositio, sicut materia ex qua domus v.g. quae est compositum artificiale sunt lateres, calx lapides, ligna et ex quibus domus artificiose construitur. Forma propositionis est structura, seu dispositio et coordinatio illius dictionum quae structura si deficiat deficit propositio; licet maneat materia ex qua ut si ab hac propositione imago est cognoscibilis ab intus, auferas structuram, et dicas est ab imago intus cognoscibilis sicut deficit domus si deficiat coordinatio lapidum lignorum etc. quae est forma domus etiam si maneant lateres et quae sunt materia ex qua. Si autem propositio consideretur comparative ad compositum physicum constans materia forma et unione, subiectum se habet ut materia praedicatum se habet ut forma et copula se gerit ut unio.

8 Quantitas propositionis est extensio, vel limitatio subiecti ad plura vel pauciora obiecta. Quantitas ista est quadruplex universalis, quando scilicet subiectum afficitur signo universali v.g. omnis homo est animal: particularis, quando scilicet subiectum afficitur signo particulari v.g. aliquod animal est equus singularis, quando scilicet subiectum est singulare v.g. Petrus est animal: indefinita, quando scilicet subiectum omnino nullo signo afficitur v.g. animal est homo. Quantitas propositionis dicitur extensio, vel limitatio subiecti; quia ex

subiectum est praedicato desumitur: unde haec propositio Deus est omnis perfectio habet quantitatem singularem quia licet habeat praedicatum universale subiectum est singulare. Nota quod quantitas desumitur ex subiecto tum recto tum obliquo. Nam unde haec propositio omnis cognitio propria est qualitas habet quantitatem universalem, quia subiectum tum rectum universale est; licet tum obliquum obliquum sit singulare: ista vero aliqua operatio omnis huius est cognitio habet quantitatem particularem quia rectum subiecti est particulare licet sit universale obliquum.

9 Qualitas propositionis est proprietas accidentalis propositioni. Unde dico nullos infero, affirmationem et negationem esse qualitates propositionis; quia affirmatio et negatio sunt differentiae essentiales propositionis; sed quod est essentialis alicui propositionis non est qualitas propositionis; ergo affirmatio et negatio non sunt qualitates propositionis. Qualitas ergo propositionis stat in veritate aut falsitate propositionis; quia propositio, sive vera sive falsa sit, constituitur per veritatem aut per falsitatem; siquidem veritas sicut et falsitas est pars extrinseca propositioni. Veritas dicitur qualitas perfectiva propositionis quia propositio per veritatem perficitur. Et quia propositio deterioratur per falsitatem haec dicitur qualitas imperfectiva propositionis.

10 Reliquum est ut de materia cuiusque propositionis. Haec materia sic solet definiri habitudo subiecti ad praedicatum. Secundum quod subiectum potest multipliciter se habere ad praedicatum, multiplex est materia cuiusque propositionis necessaria videlicet, contingens et impossibilis. Igitur si subiectum exigat praedicatum, tunc materia propositionis erit naturalis seu necessaria, atque adeo propositio erit in materia necessaria, ut homo est animal. Si autem subiectum repugnat praedicato, materia propositionis erit impossibilis seu repugnans, unde propositio erit in materia impossibili, ut homo est equus. Si tandem subiectum indifferenter se habeat ad praedicatum, hoc est, nec repugnat praedicato nec illud exigat materia propositionis erit contingens atque adeo

propositionis in materia contingenti [illegible] sidem infringitur [illegible] nec [illegible]
[illegible] dificultas quam diximus, unde scilicet desumenda sit materia
circa quam propositionis?

11 Prima sententia tenet materiam circa quam propo-
sitionis desumendam esse ex habitudine subiecti ad predicatum obiective
[illegible] sic. Sta. Pater Fonseca libro 3o Dialecticae capitulo 5o Pater Ovideo
Alfonsus, quos communiter sequuntur [illegible] Moderni. 2a sententia
affirmat materiam circa quam propositionis desumendam esse ex habitudi-
ne subiecti obiectivi ad praedicatum obiectivum pro enuntiatur ad propositionem
[illegible] Arriaga, omnes fere [illegible] cum pluribus scotis [illegible] paucis
ex nostris scotistis. Diversitas [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] tamen [illegible]
[illegible] est in materia [illegible], quia [illegible]
[illegible] praedicatum [illegible] [illegible]
[illegible] propositio [illegible] in materia impossibili, quia [illegible]
[illegible] propositio [illegible]
[illegible] [illegible]

12 Ergo [illegible] sententiam [illegible] materia
[illegible], seu circa quam propositionis [illegible] desumenda est [illegible]
sit [illegible] propositionis [illegible] propositionis [illegible]
[illegible] materia [illegible], [illegible] habitudo [illegible] ad praedicatum obiectivum
[illegible] materia circa quam propositionis desumenda est ex habitudine subiecti
vi ad praedicatum obiectivum [illegible] [illegible]
[illegible] propositionis [illegible]
circa quam [illegible] propositionem [illegible] confirmatur [illegible]

13 [illegible]
[illegible] materia circa quam [illegible] est [illegible]
[illegible] materia circa quam [illegible] est [illegible] propositionis
[illegible] materia [illegible] desumenda est ex aliquo quod sit pri-
[illegible] propositione. [illegible] capite [illegible]
[illegible] confirmatur, [illegible]
[illegible] circa quam materia [illegible] circa quam [illegible]

rio ut necessaria circa obiectum prout nunc est; aliquin propositio necessarium circa mentionem sit propositionem ipsam; quia falsum est: necessaria extrinseca, scilicet circa quam propositionis idest obiectum prout enunciatur: est obiectum independenter ab enunciatione.

24 Probo 2o

quod necessaria intrinseca, scilicet circa quam propositionis idest veritas aut falsitas propositionis: necessaria circa quam idest habitudo subiecti obiecti ad praedicatum obiectivum, prout enunciatur: est solum habitudo subiecti obiectivi ad praedicatum obiectivum sumpta secundum se. Ad cuius deinde constantia aliae male confundunt necessariam propositionis necessariam cum ipsius qualitate. Et quod utrumque: habitudo subiecti obiectivi ad praedicatum obiectivum prout enunciatum per propositionem est veritas aut falsitas propositionis; non talis habitudo aut est conformitas obiecti cum propositione et propositionis cum obiecto et sic erit veritas propositionis; aut est difformitas obiecti cum propositione et propositionis cum obiecto, et sic erit propositionis falsitas: ergo necessaria circa quam idest veritas aut falsitas non erit habitudo subiecti obiectivi ad praedicatum obiectivum prout enunciatum per propositionem.

25 Expli-

cativa ex gratia arguitur sic: necessaria circa quam necessaria huius propositionis necessaria intrinseca idest prout est iusta adversariorum habitudo necessaria praedicati ad subiectum prout affirmatur per talem propositionem; sed habitudo necessaria praedicati ad subiectum prout affirmatur per talem propositionem est necessaria conformitas obiecti dicti propositionis cum ipsa propositione, et ipsius propositionis cum suo obiecto, ut haec est necessaria conformitas est formaliter necessaria veritas talis propositionis: ergo necessaria circa quam talis propositionis erit necessaria veritas ipsius. quod est absurdum. Insuper: instando adversariis necessaria circa quam huius propositionis prius idest hoc est impossibilis; quia necessaria repugnantia praedicati ad subiectum prout negatur per talem propositionem; sed talis necessaria repugnantia est difformitas obiecti necessaria dicti propositionis cum ipsa propositione, et ipsius propositionis cum suo obiecto, et haec necessaria difformitas est formaliter necessaria falsitas talis propositionis: ergo necessaria circa quam talis propositionis erit necessaria falsitas ipsius propositionis, quod est absurdum.

26 Ex dictis sic tandem in adversarios insurgo.

ex ipsorum sententia sequitur quod materia circa quam propositionis est veritas propositionis; sed veritas propositionis constituitur per extrema obiecta propositionis, quae per ipsam propositionem: sed hoc idem est dicendum materia circa quam constituuntur per obiecta quae per ipsam propositionem ac qui hoc est falsum alioquin materia circa quam constituentur per materiam intrinsecam seu ex qua est forma propositionis: ut hac absurda vitentur dicendum est, quod materia circa quam necessaria impossibilis aut contingens propositionis solum desumenda est ex subiecto obiectivo negatio, repugnantia aut contingentia se habente ad praedicatum obiectivum etc.

VI Hic observandum est per illud etc. solum excludi, quod materia circa quam constituatur in esse necessariae, contingentis aut impossibilis per ipsam propositionem seu enunciationem; nos minime negamus, quod materia circa quam propositionis explicanda sit per ordinem seu dicat ordinem ad propositionem; siquidem materia veritatis est correlativa ad formam correspondentem tali materiae, et propositio est forma correspondens materiae circa quam. Unde ut cognoscamus materiam circa quam propositionis attendere eius debemus propositionem ad ipsam; cum tamen conceptus obiectivus animal vel possit esse subiectum obiectivum vel per eius conceptus obiectivi homo vel eo, ut patet in his propositionibus animal est homo, homo est animal, idest quod ut cognoscamus habitudinem animalis ut subiecti obiectivi ad hominem ut ad praedicatum obiectivum seu ut cognoscamus materiam circa quam propositionis animal est homo ad ipsam propositionem attendere debeamus. Similiter ut cognoscamus materiam circa quam 2ae propositionis homo est animal.

18 Ex sententia nostra colligitur primo quod propositiones contradictoriae primus est homo vel primus non est homo sunt in eadem materia. Ratio est quia cum sint affirmatio et negatio eiusdem praedicati de eodem subiecto, eandem habitudo subiecti obiectivi ad praedicatum obiectivum 2um etc. et consequenter eandem materiam circa quam utriusque propositionis 2o quod propositio negatio falsa potest esse in materia necessaria, vel primus non est homo. Similiter propositio negatio vera potest esse in materia impossibili vel primus non est equus. Et ratio quia veritas

vel falsitas, sumitur ab eo quod obiectum sit vel non sit sicut
enunciatur per propositionem. Materia autem circa quam sumitur ab
habitudine subiecti obiectivi ad praedicatum obiectivum. Ad 3um: quod propo-
sitiones aequivalentes possunt esse in diversa materia, ut: homo non
est lapis, homo est non lapis, quarum una est in materia impo-
ssibili, altera vero in necessaria. Doctrina vero; quia propositiones aequi-
valentes solum dicuntur aequivalentes quoad veritatem seu falsitatem;
non vero quoad obiectum, unde possunt esse in diversa materia.

1. **§. III. Adversariorum tela inermantur.** Obicies 1o.
tam necessarium est hominem esse animal, quam non esse lapidem; sed propositio una necessa-
ria est in materia necessaria, haec propositio: homo est animal: ergo propositio
etiam erit in materia necessaria haec propositio: homo non est lapis: ergo materia
circa quam non desumitur ex habitudine subiecti obiectivi ad praedicatum
obiectivum, sed prout enunciatur per propositionem. Concessis
praemissis nego consequentiam; quia una necessitas facit quod subiectum
obiectivum, nempe homo obiectivus exigat identitatem cum praedicato obiectivo nempe
cum animali obiectivo, et consequenter facit quod materia circa quam
huius propositionis homo est animal sit necessaria. Altera vero necessitas fa-
cit quod subiectum obiectivum, nempe homo obiectivus exigat distinctionem
a praedicato obiectivo, nempe a lapide, seu repugnat lapidi, et
consequenter facit quod materia circa quam huius propositionis homo non
est lapis sit repugnans, seu impossibilis, et consequenter propo-
sitio sit in materia impossibili.

2o. Obicies 2o: Si in materia necessaria circa
quam propositionis desumeretur ex habitudine necessaria subiecti obiectivi
ad praedicatum obiectivum, sequeretur haec propositio ignis est calor esset
in materia necessaria; ignis enim necessario exigit calorem; sed talis
propositio non est in materia necessaria, sed in materia impossibili: ergo
materia necessaria propositionis non desumitur ex necessaria habitudine
subiecti obiectivi ad praedicatum obiectivum. Nego minorem, cuius ad minorem pro-
bationem distinguo: ignis necessario exigit calorem per unionem haben-
dum; concedo; per identitatem habendum nego. Quando praedicatum obiecti-
vum est explicabile per solum rectum, ut explicatur per illud quod

calor habitudo propriamaⁿ necessaria est exigentia subiⁱ obiectivi non ad unionem sed ad identitatem cum praedicato obiectivo; ut habitudo propriamaⁿ impossibilis est exigentia subiⁱ obiectivi ad distinctionem a praedicato obiectivo: cum licet ignis exigat uniri cum calore non tamen exigat identitatem cum illo, sed potius distinctionem ab illo, inde est, quod illa propositio sit immaterialiter necessaria, sed non impossibilis.

22 Notandum hic 1º, quod quando praedicatum obiectivum solum per rectum, et obliquum est explicabile, habitudo propriamaⁿ necessaria exigentia est subiⁱ obiectivi ad identitatem cum praedicato obiectivo ratione id quod per rectum explicabile est, ut cui inesse debet id quod explicabile est per obliquum: unde haec propositio ignis est calidus est immaterialiter necessaria. Si vero praedicatum obiectivum ratione id quod per obliquum est explicabile, abesse debet a subiecto obiectivo, licet cum hoc identificetur ratione id quod per rectum explicabile est, datur habitudo propria materialiter impossibilis, unde haec propositio ignis est frigidus est immaterialiter impossibilis. Notandum 2º quod subiectum obiectivum propositionis se habet indifferenter ad praedicatum obiectivum, et consequenter propositio erit immaterialiter contingens, semper ac praedicatum obiectivum convenit statum existentiae contingentem subiecto obiectivo ut homo prius est existens animal etiam quando praedicatum obiectivum solum explicabile per rectum et obliquum identificetur cum subiecto obiectivo ratione id quod per rectum est explicabile, dummodo subiecto obiectivo possit inesse, et possit abesse ratione id quod est explicabile per obliquum unde propositio haec petrus est albus est immaterialiter contingens.

23 Obiicies 3º: subiectum obiectivum huius propositionis animal est non cognoscibile dicit necessariam habitudinem ad praedicatum obiectivum ratione sui, nam hoc est in se cognoscibile, licet significetur non cognoscibile et animal obiectivum dicit necessariam habitudinem ad cognoscibile, sed talis propositio non est immaterialiter necessaria, sed materialiter necessaria. Quia ista propositio affirmativa immaterialiter necessaria est necessario vera; sed illa propositio est affirmativa, et non est necessario vera, sed necessario falsa: ergo non est immaterialiter necessaria

cons.

consistam mari negomus ad cuius pous dsgomz: propono undique afirmativa in maria nsaria est nsario vera concedomq: propono ex plicite afirmativa simpliciter negativa in maria nsaria est nsario vera negomq. Cum hec propono animal est id cognoscibile sic docat exponi animal est obsecus quod id est cognoscibile inde esequit licet sit explicite afirmativa, simpliciter tamen negativa est: unde licet sit in maria nsaria et consequenter nsario vera quoad partem afirmativa: quod ad partem vero negativa est nsario falsa: quia est in maria nsaria. Talis propono est absolute falsa; quia ad id sufficit unum ipsius partem esse falsam;

24 Obijciesto: hec propo aliquod animal id est equus idest in maria nsaria; sed esse si admittenemus nostra sententia, nam secundum obiectus dicit nsarium habitudinem ad pardam obiectus contingere; siquidem aliquod animal dicit identitatem cum equo contingere: ergo falsa est nostra doctrina. Respondetur maiora propo negativa in maria nsaria est nsario falsa, sed illa propo est negativa ut idest nsario falsa, sed nsario vera: ergo illa propo id est in maria nsaria. Ad argumentum dsgomq: hec propo aliquod animal id est equus idest tantum in maria nsaria; concedomq idest in maria nsaria, et simul in impossibili negomq.

25 Talis propo exponitur per compositam disiunctivam sic vel hoc animal id est equus, vel illud animal id est equus et ac proinde est in maria nsaria, et simul in impossibili. Ut hoc capias finge dari tantum animal hile et animal rugile. In hac hypotesi talis propo hunc habet sensum vel animal rugile id est equus, vel animal hile id est equus quae propo est disiunctiva constans duplici propo simplici; quarum prima quia negativa et in maria impossibile est nsario vera; et 2a quia negativa in maria nsaria est nsario falsa; ad disiunctiva est absolute vera quia huius veritati id obest falsitas unius simplicis dummodo altera simplex vera sit. Fit ex dictis illam propm aliquod animal id est equus ut ponitur exponitur per ordinem disiunctivam esse in maria nsaria et simul in impossibili. Apparet maioris dsgomz, dicquod propo

omnino singularis in materia necessaria ubi quae est necessario falsa ut propositio ... ad quod propositio universalis composita neque affirmativa sunt ... in impossibili. ... esse necessario vera ... animal est quis

§. IV.

Celeberrima indirectae propositionis difficultas circa materiam circa quam modalium

26 Omnium quae in summulis agitantur difficultatum ... ingenii ... nobis venit disputanda. Sunt quidem summulis tormentum ... appellare ... dignitate ... indifficultate nulli inferior, quae ... solum ... milium ... qui ... animal est ... Sed nullus est labor, nulla difficultas, quae studentibus ... sedat. Igitur antequam nostram in praesenti difficultatem calculum addamus praenotare aliqua oportet ... Praenoto ergo ... aliam directae, aliam indirectae praedicationis. Propositio directae praedicationis est illa cuius subjectum ... aut minus patet praedicato sive cuius subjectum est aequale aut inferius praedicato ut animal rationale est homo, homo est animal. In directae praedicationis propositio est cuius subjectum superius est, seu latius patet praedicato, ut animal est homo, homo est ... vivens est rationale. De hac indirectae praedicationis propositione procedit ... dubium.

27 Praenoto 2o in hac propositione animal est homo, de qua exempli gratia semper loquimur copula est, sumi in vi copulae ... in vi verbi; quia si sumeretur in vi verbi talis propositio esset ... in materia contingenti. Praenoto 3o talem propositionem ... haec omne animal est homo quia sic esset in materia impossibili. Praenoto 4o ... propositionem in omnium ... sententia esse necessario veram. His ita ... quaeritur an similis propositio indirectae praedicationis sit in materia necessaria, an contingenti an impossibili? Pater Fonseca et Thomistae et communiter moderni defendunt ... propositionem esse in materia necessaria, et haec est vera sententia. 2o vero docet esse in materia ... contingenti; ita Acutissimus Doctor P. Vasquez in 3 parte Divi Thomae disputatione 6 ... capite

20 P. Contonus quibus adhaerent ii nulli B. hic Mr. Ita sententia defendit talem proprietatem essentialem maria impossibili: itaque Anonymus fa... uere tamen. Et quod magis est P. Lince aliquando iudicavit ut ipse testatur libro 40 D. 6 Q. altera propria in nulla materia esse.

28 In difficultate nostra sententia sit cum Dubus et simile altera dico propono propositionem de ratione indispensabili animal est [illegible] est in materia necessaria. Probo 2° [illegible]. Illa propositio est in materia necessaria, cuius subiectum obiectum necessario exigit praedicatum obiectum; sed ita se habet haec propositio animal est [illegible] est in materia necessaria. Maior est ad vulgarem doctrina. Minor vero probatur sic. Subiectum obiectum identificatur realiter cum praedicato obiectivo: et subiectum obiectivum necessario exigit praedicatum obiectum. Antecedens concedimus ab adversariis et ita sic probo: id quod identificatur cum alio (vera sit mea propositio) exigit necessario illud cum quo identificatur; sed iuxta adversarios subiectum obiectum identificatur cum praedicato obiectivo: ergo subiectum obiectum exigit necessario praedicatum obiectum. Ergo sola ipso clamore quod libet exigit necessario esse id quod realiter et necessario est sed id quod identificatur cum alio est realiter illud cum quo realiter identificatur: et illud quod identificatur cum alio exigit necessario cum id cum quo identificatur.

29 Huic efficacissimo argumento nostrae sententiae in conceptu Baci et fortissimo Achilli respondent contra: verum esse subiectum animal exigere praedicatum [illegible]; sed ex ignorantia in logica sed physica; nam tale subiectum physice consideratum non est physice indifferens ad praedicatum, logice autem consideratum indifferens est ad praedicatum. Unde cum materia propria circa quam sumitur est a praedicato et subiecto non physice sed logice considerati indifferens quod si logice consideratum subiectum est indifferens ad praedicatum talis propositio erit logice indifferens et in materia logice contingenti. En ultimum contra sententiae conatum verbis exposuimus; sed verbis non calamo impugnandum.

30 Dico 2° Impugno: quid iuxta omnes fere antiquos materia circa quam propositionis desumitur ab habitudine subiecti obiectivi cum praedicato obiectivo inter se, ut sermone antea cum ipsis firmavimus: et si subiectum nostrae propositionis habet habitudinem, et exigentiam physicam et obiectivam ad praedicatum, hoc sufficiens erit.

ut ista propositio sit in materia naturali: contra est 2° subiectum logicum huius propositionis animal est rationale exigit exigentia logica praedicatum: nullaque est solutio. Dicendum quando subiectum obiectivum exigit necessario, tum etiam sufficit praedicatum obiectivum subiectum logicum quod pro illo supponitur in propositione logica exigit logice praedicatum logicum quod supponitur pro praedicato obiectivo, sed ita est quod subiectum obiectivum physice exigit praedicatum obiectivum in praedicta propositione: ergo subiectum logicum praedictae propositionis logice exigit praedicatum propositionis. Maior patet: eodem modo se habet subiectum logicum in sensu logico respectu praedicati logici, ac se habet subiectum obiectivum in sensu physico respectu praedicati obiectivi, sed subiectum obiectivum in sensu physico exigit praedicatum obiectivum: ergo et subiectum logicum logice exigit praedicatum.

31 Maior exemplo patet, quod in hac propositione Petrus est albus, subiectum logicum in sensu logico contingenter se habet ad praedicatum logicum; quia in sensu physico seu obiectivo subiectum obiectivum contingenter se habet ad praedicatum obiectivum: similiter in hac Petrus est equus quia subiectum impossibiliter se habet physice et obiective ad praedicatum obiectivum, subiectum logicum impossibiliter se habet logice, seu in sensu logico ad praedicatum logicum: ergo si in nostra propositione subiectum obiectivum physice exigit praedicatum obiectivum, etiam subiectum logicum logice seu in sensu logico exiget praedicatum logicum et consequenter talis propositio erit in materia necessaria.

32 Probatur 2° quia haec propositio animal est rationale reddit hunc sensum aliquod animal est rationale sed haec est in materia necessaria: ergo et illa. Minor probatur quia aliquod animal necessario exigit esse rationale ut per se patet. Maior in qua est difficultas sic probatur: nam omnis propositio indefinita aequivalet universali vel particulari; sed haec propositio animal est rationale est indefinita: ergo aequivalet universali vel particulari. Modo sic sed non potest aequivalere universali huic omne animal est rationale, haec enim est in materia impossibili et repugnantia consequentur quae ut potest affirmativa est falsa ergo aequivalet huic particulari aliquod animal est rationale.

33 Totius huius probationis est cardo nititur et continetur in illo proloquio Aristotelis de cantato talia sunt subiecta qualia permittuntur a praedicatis in quo actiones et inferiores nostri sentiunt Patroni suam firmant sententiam. Igitur praedicatum propositionis habet ius ut quando subiectum

habet quantitatem indefinitam ut animal rationale, propositio, illa accipiat suppositionem subiectum quam praedicatum permittit. Haec doctrina pluribus ostenditur exemplis. 1o in hac propositione Apostoli sunt sancti subiectum habet suppositionem distributivam quia ita permittit praedicatum. 2o in hac propositione Apostoli sunt dodecim subiectum habet suppositionem collectivam quia haec et non aliam permittit praedicatum.

34 3o In hac propositione homo currit homo qui est subiectum habet suppositionem disiunctivam determinatam quia praedicatum currens habet sensum cum propositio explicatur potius sic aliquis homo currit quam sic et omnis homo currit nam in hoc 2o sensu praedicatum non convenit subiecto et in 1o convenit et ideo in 1o et non in 2o exponi debet. 4o tandem: in hac propositione homo est rationalis, homo rationalis distributivam suppositionem permittit quod explicatur sic omnis homo est rationalis. Ex his omnibus infero contraria discurrendi, tamquam haec propositio animal est homo, sic exponi debet aliquod animal est homo quia praedicatum homo exigit quod subiectum habeat illam suppositionem rationem cuius de tali subiecto possit verificari; et quod illam habeat suppositionem loco rationem cuius de tali subiecto possit verificari tamquam quod permittit praedicatum.

35 Ex quibus sequitur primo, non hoc axioma eligo et suaviter [illegible] arguta et nostram defendere sententiam, ideo quod pluribus improbant axioma. 1o quia sicut in nostra propositione animal est homo determinat subiectum, ut sit aliquod animal determinatum ad hominem; quia talia sunt subiecta qualia permittuntur a praedicato, ita propter eandem rationem in hac propositione patris est albus praedicatum albus determinavit subiectum seu patrem ad esse albam ita ut faciat hanc sensum patris albus est albus, et ita propositio evidenter connexionis esset necessaria: sed hoc absit a cordato Philosopho: ergo quia praedictum axioma falsum est, vel saltem crassa Minerva non est accipien-
36 dum.

Sed dices: quia praedicatum albus nequit determinare subiectum ut faciat sensum alienum iuxta omnes; sed si accipiatur ita ut dixi opponentes determinare subiectum ut faciat sensum alienum iustamus 3. Minor in propositione patris est albus iuxta omnes est contingens vera

et in materia contingenti seu sit illud sensus ab absoluto includens omnes ad esse contingenter vera sed necessario vera et in materia necessaria: quod in casu antecedentis propositionis non ita evenit. Primo quia ut diximus numero 128. quando subiectum nullo signo quantitatis afficitur, illud signum correspondet tali subiecto, quod a parte rei ponitur ut ibi aliquibus exemplis ostendimus 2o quia propositio animal est homo est propositio necessario vera: seu propositio necessario vera determinari debet vi materiae ut faciat sensum in quo subiectum compositum possit conveniat praedicato et praedicatum subiecto: sed cum propositio animal est homo quae apud omnes vera est necessario nequeat ita esse nisi subiectum animal intelligatur, et determinatur ad aliquod animal cum homine identificatum, dicendum est nostram propositionem animal est homo huic equivalere aliquod animal est homo et consequenter quod sit in materia necessaria

§. V.

Adversariorum fundamenta diluuntur

37 Arg. 1o: illa propositio est in materia logice contingenti, cuius subiectum est logice indifferens ad praedicatum sed subiectum huius propositionis animal est homo est logice indifferens ad praedicatum homo ergo huiusmodi propositio est in materia logice contingenti. Maior innegabilis est. Probatur minor subiectum talis propositionis est animal intensive sumptum; sed animal intensive sumptum est logice indifferens ad praedicatum homo ergo subiectum huius propositionis animal est homo est logice indifferens ad praedicatum homo. Probatur minor in qua est difficultas: animal intensive sumptum ita se habet ad hominem, ut non repugnet logice homini, nec illum logice exigat; sed animal nostrae propositionis ita se habet ad hominem, ut non repugnet logice homini sed animal quod ita se habet ad hominem, ut non repugnet logice homini nec illum logice exigat est logice indifferens ad hominem: ergo animal intensive sumptum est logice indifferens ad praedicatum homo.

38 Maior duplicem partem continet, utramque probabimus. Prima: animal intensive sumptum nequit logice excludere id per quod est logice combinabile, seu nequit repugnare differentiae per quam componitur; sed est logice combinabile per rationalem homo enim est species, quae praecise constituitur per animal intensive seu constitutive sumptum: ergo animal intensive sumptum non repugnat

loge hi nec illus loge excludit. Probatur minor eadem quoad 2am partem: animal intensive sumptum est loge indifferens pro eque 3 minor est speciesque quae fractive constituuntur, pro animal intensive seu constitutive sumptum; sed animal loge indiff. pro eque non exigit loge hanc, alioquin animal posset contrahi pro ... sufficit pro eque esse loge determinatum ad esse hanc; sed hoc dici nequit: ergo animal intensive sumptum non exigit loge hanc.

39 Confirmatur: animal se habet loge respectu differentiae hoc sicut paries se habet physice respectu differentiae albus; sed paries ita se habet respectu differentiae albus ut propositio ista paries est albus sit in materia physice contingenti; ergo animal ita se habet loge respectu differentiae hanc, ut propositio ista animal est hoc sit in materia loge contingenti. Minor apud omnes vera est. Maior patet quia sicut paries nec excludit physice nec physice exigit unionem physicam cum albedine, ita anima intensive sumptum nec loge exigit, nec loge excludit identitatem realem cum hoc: ergo ita se habet animal respectu differentiae hoc ac paries respectu differentiae albus.

40 Ad hoc respondetur, melius dicemus unicum, quaeras, ... responsio confirmationi negando minorem, ad cuius probationem confirmationi distinguo minorem: sed animal intensive sumptum abstractum est loge indifferens ad differentiam hanc; concedo: sed animal intensive sumptum contractum ad hanc est loge indifferens ad differentiam hanc nego minorem ad huius probationem distinguo similiter maiorem: animal intensive sumptum abstractum ita se habet ad hanc; ut non repugnet loge hi, nec illum loge exigat; concedo: animal intensive sumptum contractum ad hanc ita se habet ad hanc, ut non repugnet loge hi, nec illum loge exigat; nego maiorem subsequentem reliquas propositiones ex ...

41 Explico dicta in qua stat ... solutio, ... nostrae doctrinae fundamentalis ratio. Animal hucusque propositio animal est hoc est animal intensive sumptum, id est, est animal habens constitutive quidquid ...

ad esse animal scilicet est principium sensationis, ceterum non
est animal abstractum, seu praescindens ab hoc vel illo animali; sed est
animal contractum ad determinatam speciem hominis, sic ergo est animal identi-
ficatum cum homine, de quo praedicari nequit loqui indifferenter, alias esset
animal impossibile, cum esset animal contractum et non contractum, quod implicat
quod quid implicat. Quomodo animal nostrum per potentiam non est loqui indifferens,
sed potius necessario exigens praedicatum homo; quodlibet enim exigit ne-
cessario id cum quo realiter identificatur, et sic manet stabilitum nostrum
per potentiam animal est homo, sicut et quaecumque alia in dicto praedicationi
esse in materia necessaria.

42 Ad confirmationem nego minorem. Paries enim, qui est sub-
jectum talis propositionis, possit reperiri sine albedine, cum veniret pariter prae-
dicari albus, paries enim praescindit ab albedine cum neque albedi-
ni repugnet neque albedinem exigat, et sic contractum est per albedi-
nem, seu per nigredinem, quid ergo mirum, quod indifferenter se habeat paries
ad praedicatum albus? non vero sic se habet animal nostrum per potentiam, quod
ut pote contractum ad hominem, et cum illo identificatum nequit reperiri sine
praedicato homo; quia animal talis propositionis exigit hominem et equo repugnat
sic ergo non praescindit ab homine vel a non homine scilicet equo, et conse-
quenter non est loqui indifferens ad praedicatum homo.

43 Imo ex confirmatione,
ut salutem ex inimicis nostris gratulabundi accipiamus, robur sumit
nostra doctrina. Sic ergo discurro nam si in praedicata propositione paries est
albus paries esset contractus per praedicatum albus ad esse album, sic
ergo non esset indifferens ad praedicatum albus, vel non albus, per potentiam paries
est albus esset in materia necessaria: ergo cum animal nostrum per potentiam neque ha-
beat contractionem ad speciem determinatam scilicet hominis, non est indifferens
ad praedicatum homo ut in nostris probus firmatum est, per potentiam animal est
homo est in materia necessaria.

44 Sed instabis animal nostrum per potentiam animal est
homo est animal abstractum, et praecisum, non vero contractum et determinatum
ad esse hominis: ergo vim destruo. Pas antecedens: animal nostrum per potentiam animal est homo

est animal superius ratione dato hominis; sed animal superius ratione dato hominis est animal abstractum et rationis suis non vero contractum et determinatum ad speciem: ergo animal nostrum per quod animal est homo est animal abstractum et rationis suis et minime est contractum et determinatum ad esse hominis. Consequentia legitima est. Praemissae ostenduntur. In primis maior: animal nostrum per quod est animal quod reddat per se rationem dationis indispositionis sed solum animal superius ratione dato homo est animal quod reddat per se rationem dationis in dispositione de cuius essentia est quod subiectum latius pateat ratione dato, ac consequenter quod sit superius: ergo animal nostrum per quod animal est homo est animal superius ratione dato

45 homo.

Vel aliter: si animal nostrum per quod animal est homo non esset animal superius ratione dato homo, vel esset aequale vel inferius; sed hoc non est admittendum; aliàs per ipso animal est homo non esset per se rationem dationis indispositionis, sed dispositionis rationis dationis, quae in esse talis constituuntur per hoc quod subiectum aequale sit aut inferius ratione dato: ergo animal nostrum per quod animal est homo est animal superius ratione dato homo. Ostenditurque ratione illa minor: animal superius ratione dato homo est animal à quo non valet illatio ad rationem datum homo sic animal est: ergo est homo; sed animal à quo non valet illatio ad rationem datum homo est animal abstractum et rationis suis non vero contractum et determinatum ad esse hominis: ergo superius animal ratione dato homo est animal abstractum et rationis suis non vero contractum et determinatum ad esse hominis.

46 Ad instantiam respondetur negando antecedens. Ad cuius probationem distinguo maiorem: animal nostrum per quod animal est homo est animal superius per logicam abstractionem ratione dato homo, concedo: abstractum nego maiorem. Ad huius maioris probationem concedo maiorem, distinguo minorem: sed solum animal superius per logicam abstractionem est animal quod reddat per se rationem dationis in dispositionem concedo, sed solum animal aliter superius est animal quod reddat per se rationem dationis indispositionem nego minorem. Ad aliam rationis maiorem probationem distinguo maiorem: si animal nostrum per quod non esset animal superius per logicam abstractionem ratione dato homo vel esset aequale vel inferius

concedo; si animal nostrum per se est animal aliud superius
a dato h vel esse aequale, vel inferius; nego minorem.

47 Ad confirmationem probationis illius

minoris distinguo minorem: animal superius a dato h per logicam abstractionem
est animal a quo non valeat illatio ad a dato h sic est animal
quod est h; nego animal aliud superius a dato h et concedo
minorem, minorem, et consequens distinguo: animal superius per logicam abstractionem
a dato h est animal abstractum et abstrahens, non vero contractum
et determinatum ad esse hic, nego: animal aliud superius
(hoc est superius per abstractionem in quo sensu maior aliud abstractionis
accipio) a dato h est animal abstractum etc.; concedo consequentiam.

48 Ut

itaque, quae argumento data est, distinctionem percipiatis et solutionem melius
capiatis, in memoriam revocare oportebit quae docuimus numero nostro
138 agentes de illa maiori pro praesenti, quod logica abstractio dicitur et
fit cum ponimus pro suo significato termini ex parte subiecti
et abeo quod per enuntiationem importatur hoc supposito dico animal
nostrum per se animal est h intra per se quod parat ac a dato h
cum id sit realiter et logice cum h. Unde quando dicitur, quod animal
huius per se animal est h est superius h, sive a dato h hoc tantum
intelligendum est de superioritate cum logica abstractione, et in eodem
sensu ac subiectum huius per se essentialiter videtur. Hoc est quae fuerunt essentialiter et
do non sunt, videntur: sic animal, quod est subiectum huius per se animal
est h hoc est animal quod fuit superius (et hoc est per se superius
abstractione, sive per logicam abstractionem) et de non esse sed aequale est
h.

49 Huius ratio quia animal nostrum per se ante ipsam per se fuit confusum
per intra cum ceteris animalibus, habuitque intrinsece essentiam,
sive unitatem provenientem ab intra independenter, et hoc de contingenti intrinsece
fuit superius a dato h independenter ut stabilito-
que per h et per non h. Ast intra per se intra quae non datur universale,
ut in Logica docebimus, non manet tale animal logice superius

aliàs superioritate quae non sit per logicam abstractionem. Sic quod est aequale cum ratione dato hoc et quidem logice, quia cum hac realiter logice identificatur. Unde colliges 1o quod quando dicimus praedicatum per rationem indifferentiae illud esse cuius subiectum latius patet, seu superius est ratione dato, superioritatem, et latitudinem, per logicam abstractionem, non per abstractionem et praecisionem intelligimus cum illa prima superioritas vel latitudo sufficiens sit ad denominationem rationis indifferentiae praestanda. Colliges 2o, quod animal nostrum praedicabilis licet ratione dicta superioritate superetur non est animal abstractum et praecisum consequenter quod neque logice manifestum, sed contractum et determinatum ad species suas.

50 Arg. 2o: subiectum huius propositionis animal est homo non convenit praedicato sed ratione datum: ergo solum per accidens illi convenit. Modo sic; sed propositio, cuius subiectum solum per accidens convenit praedicato, est in materia contingenti: ergo propositio animal est homo est in materia contingenti. Patet antecedens omnis propositio, cuius subiectum convenit praedicato sed ratione datum est vera, licet addatur particula reduplicativa supra totum subiectum; sed si addatur particula reduplicativa supra totum subiectum huius propositionis animal est homo propositio vera non est sed omnino falsa: ergo. Maior constat 1o ex Aristotele libro 1o posteriorum capite 4o aiente id quidem, quod unicuique non per se cum competit per se dicimus; id autem quod hac conditione caret dicitur accidens. 2o: in hac propositione homo est animal rationale in qua licet subiecto homo addatur particula reduplicativa manet vera, ut homo in quantum homo est animal rationale: li enim in quantum quoad rationem sensus attinet solum denotat subiectum non posse separari ratione datum: unde dicta propositio hunc facit sensum homo eo ipso quod homo est, est inseparabiliter animal rationale.

51 Minorem constat; quia haec propositio animal in quantum animal est homo non est vera sed omnino falsa; nam huic aequivalet animal eo ipso quod animal est, est inseparabiliter homo. Ergo si addatur particula reduplicativa supra totum subiectum huius

ppo. ii animal est h. propositio vera est, sed omnino falsa
confirmatur. Quando ppo est afirmativa et in materia necessa-
ria valet illatio a subiecto ad praedicatum, ut videtur in hac
est visibilis a cuius subiecto h. generaliter ad praedicatum visi-
bilis, sic est h. ergo est visibilis, sed a subiecto animal
nostro ppo. animal est h. non valet ad praedicatum h. sic est
animal ergo est h. ergo vel non est afirmativa, vel non est in materia
necessaria atqui afirmativa est ut certo certius habetur.
ergo quia non est in materia necessaria.

52 Ad argumentum nego antecedens ad ma-
ius probationem consequentia mai. nego min. ad huius probationem distinguo antecedens
hic ppo animal inquantum animal est h. non est vera sed falsa,
si subiectum animal sumatur abstractive concedo: si sumatur contrac-
tive; nego antecedens, et adiunctam probationem similiter distinguo: nam huic
equivalet animal eo ipso quod animal est inseparabiliter h. si
subiectum animal talis ppo. sumatur abstractive nego, si sumatur con-
tracte concedo adiunctam probationem. Consequenter subiectum distinctum acci-
pio: ergo si addatur particula reduplicativa superatur subiecti
abstracte sumpti huius propositionis animal est h. ppo. vera non est
sed omnino falsa concedo: superatur subiecti contracte sumpti; nego
consequentiam.

53 Illa ppo. animal inquantum animal est h., sicut et ista animal
eo ipso quod est animal est inseparabiliter h. communissime et fre-
quentissime, ut falsissimae reiiciuntur, et quidem merito; quia in similibus
propositionibus animal abstractive, seu praecisive sumitur, et cum ani-
mal sic acceptum sit indifferens ad h., vel ad non h., falso dicitur esse
inseparabiliter h. Caeterum cum animal nostrae ppo. animal est h. sic
animal non praecisive, et abstractive, sed contracte et determinatum ad homi-
nem, et cum hic realiter et logice identificatur, cum veritate dici potest,
quod animal contractum ad h. inquantum tale animal est h. et,
quod animal contractum ad h., eo quod ipso sit animal ad h.
contractum est inseparabiliter h.; hic ppo. sunt certae veritatis.

54 Unde licet propositio illa animal inquantum animal est homo, animal eo ipso quod est animal est inseparabiliter homo merito ut falsae rejiciuntur sunt, quia in communi omnium dispositione imponitur animal ut sic, quae sic abstractum ut sensus dispositionis in sensu definitionis [illegible] et in casu nostro propositio animal est homo quia tamen ratione contractionis, quae affert et imponitur propositio quae ab omnibus usurpatio vera supponitur, sensus importat verissimus. Hoc patet in hac propositione sanctus pater est homo, quae licet in sensu in quo exponitur ita nihil distinctum a patre identificatum cum natura humana sit falsissima, et merito rejicienda; tamen ut verissima, admittenda est in sensu in quo exponitur esse sanctus pater est homo cum patre identificatum, vel esse nihil distinctum a patre est homo cum patre identificatum. Pari formiter discurrendum est in illis propositionibus, quae licet in uno sensu opposite a veritate avertunt in alio sensu et quidem proprio ipsa subiectum materiae veritati sunt consonae.

55 Ad confirmationem concessam de propositione reduplicativa distinguo, qualis est proposita ab argumento, et negata de propositione reduplicationis in distinguo, minorem distinguo, sed a subiecto animal simpliciter supponente verificatur ad quod dicitur homo; concedo: sed a subiecto animal personaliter supponente verificatur ad quod dicitur homo; nego minorem, et consequentiam ad utrumque confirmationis. Cum ubi per diximus animal eo ipso quod sit contractum ad esse hominis et minime indifferens ad quod vel esse homo, quod est personaliter supponere personaliter vere valet esse animal quod est homo; quia hoc nihil aliud est quam dicere et affirmare esse animal cum homine identificatum seu ad quod contractum quod est homo, quod legitima veritas est et innegabile certum cum haec ratio esse animal quod est homo abstrahendo a qua cum confirmatio habeat hinc sensus est animal, quod cum quod sit quod est homo quae falsa est cum animal supponat simpliciter ideo reduplicativa illatio esse admittenda nisi ratione materiae ut in dicta nostra propositione. Unde aliter distinguitur post distinctionem minorem sed a subiecto animal verificatur esse [illegible]

ad 2am dati concedo, et valet ex vi maxime negationis. Constat d[ist]i[ncti]o ex dictis numero 8vo

56 Instabis: animal quod est subiectum nostrae propositionis non supponit personaliter, sed simpliciter; sed animal supponens simpliciter et non personaliter est animal rationale, ergo dicta est affirmativa; probatur animal nostrae propositionis est animal rationale, et loquitur indifferenter, consequentia negatur. Sed pro certo propositio est in materia contingenti et in materia necessaria. Probatur maior animal quod est subiectum talis propositionis non ponitur pro obiecto eius esse reali. Probandum: quia quicquid convenit subiecto eius esse reali convenit omni illi cum quo identificatur, sed rationale non convenit subiecto eius esse reali et convenit omni cum quo identificatur subiectum animal: ergo. Minor probatur animal identificatur cum equo, sed equo non convenit rationale ergo.

57 Nec ad argumentum vide autem veritatem 2o ad argumentum eius dicitur ad argumentum propositum, sic quae negatione instantiae. Ad numerum probatur negatum an dicti concedo ipsius antecedens probationem et nego... adhuc minorem probatur distinguo animal denotatum ad eius identificatur cum equo; nego: at denotatum ad equum identificatur cum equo concedo

Sed dixi, animal quod est nostrae propositionis subiectum, realiter identificari cum eo, et loquitur denotatum esse ad eius et ideo rationale non convenit omni cum quo animal propositionis identificatur.

58 Arg. 3o: propositio indefinita in materia necessaria debet aequivalere universali iuxta tradentes communiter Dialecticos, sed haec propositio indefinita animal est non aequivalet universali videlicet huic nullum animal est homo; haec enim est necessario falsa, et illa necessario vera: ergo quia non est in materia necessaria. Respondeo quod: propositio indefinita est in materia contingenti debet aequivalere particulari; ut videre est in hac propositione homo currit, id est aliquis homo currit; sed illa propositio animal est homo iuxta dictionem aequivalet particulari, scilicet aliquod animal est homo; ergo quia non est in materia contingenti. 2o, verum unquam esse propositionem indefinitam in materia necessaria aequivalere universali, sed hoc est quando propositio est ex parte rationis, non vero quando est rationis tantum.

Arg. 4o. probatur

intendens huiusmodi propositio animal est homo innulla esse determinate materia: haec propositio animal est homo non est determinate vera nec determinate falsa, nec determinate contingenter vera: ergo in nulla materia determinate est. Probatur antecedens pars, cum reliquas deducamus: nam animal potest habere suppositionem personalem vel simplicem, a qua suppositione est vera vel falsa; sed nulla est ratio cur unam habeat potius quam aliam: ergo. Minor probatur: nec subiectum, nec praedicatum dant aliquam illarum suppositionem determinate, cum ad veritatem quaelibet sufficiat: ergo.

59 Omisso, posse aliquam propositionem non esse determinate veram aut determinate falsam, quod vel apud obiicientem falsum est omnino, ut in ultima loco ostensum cum omnibus eximiis nostrae scholae Doctoribus docebimus contra omnium Thomistarum turbam, Respondeo negando antecedens quoad utramque partem; ad antecedentis probationem concessa maiori, distinguo minorem: sed nulla est ratio cur ista propositio unam habeat potius quam aliam ex propria: sed nulla est ratio, cur ex natura propositionis; concedo minorem; nulli dubium est, cum animal possit se multipliciter subire suppositionem, ad quam profecto est indifferens verum hoc indifferentia ad unam potius quam aliam determinat praedicatum homo quod mouet subiectum animal suppositionem personalem ut constat ex nostris probationibus.

STIO. VI.

De materia propositionum: De subiecto Complexo.

60 Propositio de subiecto complexo potest esse de subiecto essentialiter complexo, id est constante partibus essentialiter inter se convenientibus vt animal rationale est equus vel potest esse de subiecto impossibiliter complexo id est constante partibus inter se repugnantibus vt, homo equus est animal, vel potest esse etiam de subiecto accidentaliter complexo, id est constante partibus indifferentibus ad coniunctionem vt homo albus est animal, aut homo albus est albus: Difficultas ergo potius de obiicitur ad propositiones de subiecto impo

si dicit complexo et ad propositionem de subiecto accidentaliter complexo; nam aliarum propositionum materia ex falsi dicendis dignoscitur.

62 Sit in difficultate tamen 1a. propositio de subiecto impossibiliter complexo, cuius praedicatum datur esse verus, sine addito significans aliquid reale est in materia impossibili ut homo qui est equus est homo. Probatur: propositio cuius praedicatum datur obliquum necessario repugnat subiecto obliquo est in materia impossibili; sed talis est illa, ergo dicta propositio. Minor probatur: praedicatum datum obliquum huius propositionis homo qui est equus est homo est homo verus et realis; nam est homo qui significatur a nobis absque alienatione; subiectum vero obliquum est homo impossibilis; sed homo verus et realis necessario repugnat homini impossibili: ergo praedicatum datum obliquum talis propositionis necessario repugnat subiecto obliquo illius. Minor patet eo quod vera sit haec illatio: est homo impossibilis ergo non est homo.

62. Confirmatur 1o. non minus repugnat homo verus et realis homini impossibili, quam homini picto; sed quia homo verus et realis repugnat homini picto, haec propositio homo pictus est homo est in materia impossibili: ergo et haec homo qui equus est homo. Confirmatur 2o: si propositio homo qui equus est homo non esset in materia impossibili, sed necessaria ut intendunt adversarii, praedicatum datum frangeretur ex natura sua vi subiecti frangentis a propria significatione hominis veri adsignificandum hominem impossibilem; sed non frangitur ergo. Probatur minor: praedicatum datum frangentis huius propositionis homo pictus est homo non frangitur vi subiecti frangentis a propria significatione hominis veri adsignificandum hominem pictum seu imaginarium; alioqui talis propositio esset vera: ergo similiter in nostro casu.

63 De materia propositionum de subiecto accidentaliter complexo durius resolvatur. Suppono 1o, quod subiectum accidentaliter complexum ut homo albus habet duas partes, quarum una dicitur essentialis et altera dicitur accidentalis: in apposito exemplo homo dicitur pars essentialis et albus dicitur pars accidentalis. Suppono 2o, quod propositiones de subiecto accidentaliter complexo possunt esse tales ut illarum praedicatum datum obliquum conveniat subiecto obliquo ratione partis essentialis ut homo albus est homo: homo albus est animal, et possunt esse tales ut praedicatum datum

obiectivo
ut praedicatum obiectivum illarum conveniat subiecto ratione partis accidentalis, ut homo albus
est albus, homo albus est coloratus. Suppono 3.o quod non solum esse
de propositionibus, quarum praedicatum desumitur ex subiecto, quales sunt supra
dictae; alias enim propositiones quarum praedicatum datum id est pars subiecti, sed
contingenter convenit, cuilibet parti subiecti, ut homo albus est
philosophus, et similes, sunt absque dubio in materia contingen-
ti. Supposito hoc, complectitur summi intenti, est, ut videtur, non invenia-
bis plerumque dubio reddere propositiones in materia contingenti. Sit
prima.
64 Sit 2.a D.: propositio de subiecto accidentaliter complexo, cuius praedicatum da
tur necessario convenire subiecto, sive ratione partis essentialis,
sive accidentalis est in materia necessaria. Quae et loquamur
exempli gratia de hac homo albus est animal, idem et eodem modo
probandum de alia homo albus est albus, sic ex omnibus
Doctoribus Thomisticis Angelicis Magisterium 3.a parte quaestione 2.a articulo
lo 3.o sequentibus consentientibus et aliquos. Probatur, cuius subiectum obiectivum
exigit praedicatum datum obiectivum est in materia necessaria, sed ita se
habet hic propositio homo albus est animal: ergo. Probatur minor: subiectum obiecti-
vum talis propositionis scilicet homo albus exigit id quod dicitur de illius
essentia; sed de essentia hominis albi est praedicatum datum animal:
ergo subiectum obiectivum talis propositionis exigit praedicatum datum obiectivum, scilicet
animal.
65 Confirmatur 1.o: propositio cuius subiectum obiectivum erga se alterum
necessario infert praedicatum datum est in materia necessaria; sed ita se
habet praedicta propositio: ergo. Minor patet; nam cum est vera essentia
ria illatio est homo albus: ergo est animal. Confirmatur 2.o ex pa
ritate sincera: haec propositio homo albus est homo albus est in materia
necessaria, nec est formaliter identica, ut absolute supponimus:
ergo et propositio homo albus est animal homo albus est albus, erunt
etiam in materia necessaria: sicut enim subiecto praedicatum dicitur etiam
propter necessario desinit esse complexum obiectivum, atque adeo propositio esse
in materia necessaria ita etiam homini albo convenit necessario partes talis

complexi scilicet ratione dantis animam et ratione dantis aliud; atque adeo eius respectu rationis in materia usaria.

STIO VII.

Tr[illegible] aneura [illegible]

66 Opponitur contra 3: subiectum obiectum huius propositionis homo equus est homo diversa habitudine ad dantem obiectum, quia homo est terminus homo equi[...] talis [...] est in materia usaria. Confirmatur: Redita propositio est usaria vera quia exponitur per [illegible] si existat homo equus est homo: et cum sit affirmativa [illegible] in materia usaria. Nego antecedens argumenti, et eius ad iuncta probatione: quia homo equus impossibilis nequit dominium pro aliquid impossibile: unde licet homo equus [illegible] [illegible] ad equum, non tamen [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] usario [illegible] homo equus inde est quod subiectum obiectum illius propositionis non dicat usariam habitudinem ad [illegible] dantem obiectum. Ad confirmationem nego antecedens; quia propositio exposita quae exponitur affirmat de homine impossibili [illegible], seu possibili, et sic utraque usario est falsa. Ut autem essentiam [illegible] ratione dantis [illegible] alicuius addidit [illegible] a sua significatione homo [illegible] ad significandum [illegible] impossibile [illegible] sic homo equus est homo impossibilis.

67 Opponitur 2o ratione dantis huius propositionis homo pictus est homo repugnat [illegible]; quia [illegible] homo [illegible] subiectum alienatur per additum pictus sed in propositione homo equus est homo [illegible] subiectum alienatur per additum equus [illegible] additum equus [illegible] alienat sed [illegible] ratione dantis [illegible] homo: [illegible]. [illegible] [illegible] nego [illegible] et eius adiuncta probatione. [illegible] homo [illegible] addito significat [illegible], [illegible] possibile; cum hoc tamen addito equus significat (ut omittimus [illegible] [illegible] impossibilia) [illegible] [illegible] et [illegible] impossibile: unde licet additum equus [illegible] significatum [illegible] homo, ita illud [illegible] [illegible] [illegible] significatum, et in hoc [illegible]

illud affirmat hoc accidentaliter ut praedicatum obiecti praedicati
propositionis homo verus necessario repugnat subiecto obiecto intrinsece
impossibili homo equus.

68 Opponeres 3o contra 2am conclusionem: ista propositio homo albus est homo contingenter propositio ista aliquis homo est homo albus, sed
haec est in materia contingenti: ergo et illa. Minor constat, nam contingens
est quod aliquis homo sit albus. Confirmatur: si nullus homo albus existeret propositio illa esset falsa et de subiecto non supponente;
sed contingens est quod nullus homo albus existat: ergo contingens quod illa propositio sit falsa: ergo non est in materia necessaria. Ad
argumentum respondeo negando minorem; quia cum propositio haec propositio homo albus est homo praedicetur de illo toto accidentali, quod est homo albus,
una pars talis totius, scilicet homo, non vero contingentialis propositio
propositio ergo; propositio quae de una parte scilicet de homine praedicatur
illud totum homo albus quod aliter praedicatur propositio ergo aliquis homo
est homo albus. Ad confirmationem negamus; quia cum in propositione homo
albus est homo copula est firmata contingenter seu in
vi copulae, non petit ad suum veritatem existentiam subiecti: unde talis propositio est necessario vera, et veram veritatis.

69 Oppo-
nes 4o contra 2am conclusionem: subiectum harum propositionum homo albus est homo, homo albus est albus est contingens accidentale talis subiectum est aliquid contingens non per se: ergo tales propositiones sunt in materia contingenti. Concesso antecedente et maiori, nego 2am; quia licet subiectum homo
albus sit contingens suum per accidens, siquidem est complexum
ex partibus contingenter coniunctis; tamen cum tali complexo sit
essentialis utraque pars; inde est quod tali complexo conveniat
quae enim conveniunt inde est quod tali complexo non contingenter
sed necessario et essentialiter conveniat quaelibet illius pars:
unde quaelibet de illo non contingenter, sed necessario et essentialiter praedicatur; et consequenter tales propositiones sunt in materia necessaria quia enim non assumitur ab habitudine unius partis subiecti

ad actum subi partem, sed ad habitudinem subi ad praedicatum

60. Oppones 3o

subiectum huius propositionis homo albus est albus non infert praedicatum album: ergo praedicatum non convenit necessario subiecto, seu non exigitur a subiecto: ergo talis propositio non est in materia necessaria. Distinguo antecedens: subiectum talis propositionis est homo; sed homo non infert praedicatum album, quia non omni valet est homo ergo est albus: ergo subiectum talis propositionis non infert praedicatum. Probo maiorem: subiectum talis propositionis est rectum huius subiecti homo albus; sed rectum talis subiecti est homo. Nego antecedens argumenti ad probationem distinguo minorem: subiectum talis propositionis est homo ut habens albedinem, concedo: est homo tantum se, nego minorem. Ad huius probationem concessa maiori distinguo minorem: sed rectum huius subiecti homo albus, est homo ut affectus albedine seu ut habens albedinem concedo: est homo tantum se; nego minorem subiectum huius propositionis homo albus est albus non est homo tantum se, sed est homo ut habens albedinem; homo autem habens albedinem infert praedicatum album, cum de omni valeat est homo albus ergo est albus: unde subiecto talis propositionis necessario convenit praedicatum, et hoc a subiecto exigitur.

71 Sed instant antecedentia: subiectum talis propositionis sumitur specificative non reduplicative ergo subiectum non est homo ut habens albedinem sed homo tantum se. Nego antecedens, et quia totum adversariorum [illegible] est, quod subiectum talis propositionis sumendum est specificative, [illegible] pluribus rationibus suadetur sumendum esse reduplicative. Ratio est: subiectum talis propositionis homo albus est albus non est formaliter et dimidie simplex, sed est formaliter et dimidie complexum ex partibus contingenter coniunctis; quia est obiectum mentis complexi homo albus: ergo subiectum talis propositionis non est homo tantum se, sed homo ut habens albedinem, et consequenter reduplicative sumptum.

72 2a ratio est: haec propositio homo albus est albus, homo est albus differunt ex parte subiecti quia [illegible] sed reduplicatione sumitur subiectum homo albus; quod quidem significat, sed [illegible] propositio manebit necessario vera addita [illegible] subiecti partem

reduplicativa ut prius. Ratio est: quia dictio per se dicit propositio, videlicet ista homo albus non est albus est necessario falsa; sed talis non esset, si terminus subiectum esset homo albus specificative sumptus: homo enim albus specificative sumptus potest non esse albus: et in tali propositione negativa subiectum homo albus non sumitur specificative. Sed reduplicative, et consequenter contradictorie sumitur in contradictorio homo albus est albus.

3 Instant adhuc contrarii, quia propositiones sunt verae homo albus est contingenter albus, et albus esse albus est contingens: ergo homini albo contingenter convenit esse album et consequenter propositio ista homo albus est albus est in materia contingenti. Nego antecedens; quia licet homo per se sit contingenter albus, et homini albo esse album sit contingens per se; at homini albo non accidit, seu non est contingens sed necessarium esse album; sicut licet Petro sit contingens currere, at Petro currenti non contingenter sed necessario convenit currere.

4 Ut tandem sententia nostra amplius roboretur, adversarios rogo, quid per propositionem homo iugulatus interiit sit per se, seu in materia necessaria? Si negent, contra ipsos est Philosophus, qui praedictam propositionem assignat in exemplum rationis per se. Nunc autem verba liventer auscultare. Si ambulante coruscaverit, id accidens dicimus, non enim ob id ipsum coruscavit, quia ambulaverit, sed id dicitur accidisse. Cum quisque iugulatur, non tamen obiit id per se dicimus, ob id ipsum enim quod iugulabatur mortuus est, sed non accidit, cum iugulaverit, mortem oppetiisse. Ita libro 1o posteriorum capite 3o.

5 Si affirment, cum Philosopho opponantur, infero 1o quod ut ratio sit per se, seu in materia necessaria non requiritur quod praedicatum necessario conveniat subiecto per se ut sumpto; sed sufficit quod necessario conveniat subiecto ut affecto forma, sicut habenti formam aliquam significatam

in obliquo licet ratio fra sit dinuo cum subto expresse sumpto inferiore, quod ut Rdano sit p se et in maria nsaria ad requiritur, quod supra subtum veniat signa ne particula replicata secus sufficit quod dominat exercitari in maria ppis Rdanonis in dixipu docuimus, supra 2o et ultimo 3o Rc pp a totus est totus est justa mentes Phi Rdano p se, seu in maria nsaria ad minus ac ista a singularius in rati.

Q. II.

De Oppositione, Conversione, et Aequipollentia ppum simplicium absolutarum.

STIO I.

Praemittitur Definitio, et Divisio ppis logicae 56

76 Oppositio logica definitur ab Arist. libro 1o Perihermeneias capite 4o p Rc vera affirmatio et negatio eiusdem de eodem, idest eiusdem Rdati de eodem subto. Unde cum logica oppositio ppum stet in eo, quod una affirmet rem esse altera vero enunciet rem non esse, inde est quod oppositio logica fundatur in illis principiis luminis naturae notis, quod libet est vel non est, impossibile est, idem simul esse et non esse, impossibile est idem simul neque esse, neque non esse. Iuxta Phi mentem, sic recte definitur oppositio logica pugna enunciativa duarum ppum eiusdem formalitatis diversarum. In vero oppositio logica dicitur pugna enunciativa duarum propositionum; quia ut duae ppes logice opponantur debet una negare id quod altera affirmat. Unde oritur quod oppositio logica, ut talis ppum non est formalis oppositio physica, seu quoad simultaneam existentiam in eodem subto, qualis est oppositio et pugna caloris et frigiditatis.

77 Oritur 2o ad oppositionem logicam non sufficere, quod obiecta ppum inter se opponantur, ut opponuntur obiecta harum ppum homo est et homo est equus. Oritur 3o quod oppositio logica est oppositio quoad veritatem, vel falsitatem, ex vi materiae

tionis ipsarum propositionum logice oppositarum. Quintum est, quod contradictoriis logice oppositis una affirmativa, et altera negativa debet esse. Sed quia propositio negativa multoties stat particula non observabitur hic vim et energiam talis particulae. Igitur particula non negative sumpta vocatur malignantis naturae; quia post quidquid destruit, idest reddit propositionem, quae antea erat universalis particularem, et illam quae particularis erat, universalem: insuper de affirmativa negativam, et de negativa facit affirmativam: denique ita immutat sensum propositionis, ut propositio quae antea subiecto inveniebat praedicatum, iam a subiecto praedicatum removeat, et e contra: ut haec propositio omnis homo currit est affirmativa universalis et subiecto inveniens praedicatum: si tali propositioni praeponatur particula non hoc modo non omnis homo currit redditur negativa particularis, et removens a subiecto praedicatum.

Similiter si huic

18 propositioni aliquis homo non currit praeponatur particula non hoc modo non aliquis homo non currit, propositio quae erat particularis negativa, et removens praedicatum a subiecto mutabitur in propositionem universalem affirmativam, et inveniens subiecto praedicatum. Si autem particula non immediate afficiat copulam non immutat subiectum, sed solum copulam: unde in propositione ista omnis homo non est currens subiectum manet universale; copula vero redditur negativa vi particulae non. Additur in definitione oppositionis logicae eiusdem formalitatis [illegible]; quia ut duae propositiones sint logice oppositae non solum requiritur, quod una sit affirmativa et altera negativa sed etiam quod sint de eodem subiecto et praedicato formalibus cum eisdem affectionibus, et proprietatibus. Hinc infertur, quod licet hae propositiones prius est homo prius non est rationalis, sint incompatibiles non solum in veritate sed etiam in falsitate, tamen non sunt logice oppositae; quia licet sint de eodem subiecto, non tamen sunt eiusdem praedicati formalis, si quidem gaudent praedicato formali diverso: similiter istae homo est animal, visibile non est animal non opponuntur logice, quia non sunt de eodem subiecto formali.

79 Oritur 2o, quod hae propositiones omnis equus currit, aliquis equus non
non opponuntur logice, quatenus afficitur in illo obliquo, per quod non afficitur sub-
jectum &c. Oritur 3o quod hae propositiones omnis subiectio est subiectas, aliquis
subiectio non est subiectas non sunt logice oppositae quia subiectum non exacte variat
eandem suppositionem in utraque propositione; in 1a enim supponit distributive, et
in 2a disiunctive determinate. Excipiuntur ab hac regula suppositiones
disiunctiva et disiunctiva determinata, nam huic propositioni universali om-
nis equus currit veniri contradicitur logice per hanc particularem disiunctive de-
terminatam aliquis equus non currit: unde fit quod signa quan-
titatis omnis, nullus, aliquis possunt mutari, quin mutetur subiectum:
quia illis solum designatur suppositio subiecti.

80 Oppositio logica dividi solet
in contradictoriam, contrariam, subcontrariam, et subalternam. Oppositio contradictoria
est pugna enunciativa duarum propositionum eisdem formaliter terminis constantium
quoad veritatem quam quoad falsitatem. Ex hac definitione oritur 1o
quod propositiones contradictoriae nec possunt esse simul verae, nec simul fal-
sae; sed si una est vera altera debet esse falsa et e converso. Ratio
est quia ex contradictoriis una debet affirmare rem esse, et ita
affirmet id solum, quod requiritur ut negativa sit falsa et negati-
va debet enunciare rem non esse, et ita neget id solum quod requiritur
ut affirmativa sit falsa: unde quia talium propositionum obiectum est vel non
esse, et impossibile est obiectum simul esse et non esse, necessarium est, alteram
ex contradictoriis esse veram, et alteram falsam, et impossibile est quod am-
bae sint simul verae aut falsae.

81 Oritur 2o, pugnam contradictoriam quo-
ad veritatem et falsitatem debere esse non pure materialem, sed enuncia-
tivam, sive ex enunciatione quatenus una ex suo formali enunciandi
non enunciat id quod sufficit et requiritur ad falsificandam
alteram. Deficientes ab pugna enunciativa quoad veritatem et fal-
sitatem non sunt contradictoriae propositiones istae omnis homo est animal, nullus homo
est animal, quae licet non possint esse simul verae nec simul falsae,
id solum habent ratione materiae; si quidem mutata materia hae propositiones

omnis homo legit, nullus homo legit, per dictis omnino similes in de enunciandi possunt esse simul falsae in casu scilicet quod solus Petrus legat.

82, Oppositio contradictoria est pugna enunciativa duarum propositionum ... eisdem sumptarum ... quo ad ... Ex qua definitione ... quod duae contradictoriae ita pugnant ex vi enunciationis quo ad veritatem ut si una sit vera altera debet esse falsa. Ratio est; quia si ambae possent esse simul verae duae contradictoriae possent esse simul verae sed hoc impossibile est ergo. Maior probatur: si hae duae contradictoriae omnis homo currit nullus homo currit essent simul verae, etiam vera esset haec particularis negativa aliquis homo non currit quia haec infertur ex universali negativa, et ex vero non infertur nisi verum; sed haec particularis negativa aliquis homo non currit est contradictoria illius universalis affirmativae omnis homo currit: ergo.

Dicitur 2o,

83 quod duae contradictoriae attenta vi enunciativa ipsarum non excludunt simultaneam falsitatem, quia cum quaelibet contrariis enunciet plusquam quod requiritur et sufficit ad falsitatem alterius, quaelibet ratione talis excessus potest falsificari. Quod vero aliquae contrariae non possint esse simul falsae ut istae omnis homo est animal nullus homo est animal id provenit non ex vi enunciationis, sed ratione materiae; istae enim contrariae omnis homo currit nullus homo currit erunt simul falsae si solus Petrus currat. Ex dictis colliges, quod valet valet, una ex contrariis est vera: ergo altera est falsa: non autem valet, una est falsa ergo altera est vera.

84 Oppositio subcontraria est pugna enunciativa duarum propositionum quo ad falsitatem. Dicitur 2o quod duae subcontrariae ut istae aliquis homo currit, aliquis homo non currit possunt esse simul verae, verae etenim simul erunt si Petrus currat et Paulus non currat. Dicitur 2o, quod duae subcontrariae ita pugnant quo ad falsitatem ut non possint esse simul falsae. Ratio est; quia si essent simul falsae falsae essent simul contrariae, ex quibus inferuntur, quia ex vero

non possint esse simul verae, et subcontrariis autem et contradictoriis simul falsis resultaret duplex binarium ex contradictoriis simul falsis; quia qualibet subcontraria ex una parte illata est contradictoria alterius contrariae: cum ergo contrariae non possint esse simul falsae, nequeunt esse simul falsae duae subcontrariae.

85 Oppositio subalternarum est pugna enuntiativa duarum propositionum quoad mutuam illationem. Oritur ex eo quod a subalternata ut prius currit datur illatio ex vi enuntiationis ad subalternantem prius posito currere, et ratio est quia subalternata includit subalternantem. Oritur ex eo quod a subalternante ad subalternatam non datur illatio ex vi enuntiationis, siquidem non valet omnis prius possit currere ergo currit. Observabis hic quod non explicamus oppositionem subalternarum per esse pugnam earum propositionum quoad quantitatem, quia licet subalternae de dicto enuntiandi ut omnis homo currit aliquis homo currit, opponantur quoad quantitatem, siquidem subiectum habet quantitatem universalem, particularem autem subiectum alterius; tamen propositiones subalternae ex se non opponuntur quoad quantitatem. Pugnant autem quaelibet subalternae propositiones ex vi enuntiationis quoad mutuam illationem.

§tio. II.

Oppositio de dicto enunciandi, et lex in medium producitur explicanda

86 Praedictam doctrinam de oppositione logica explicuimus in propositionibus simplicibus absolutis, et incipiamus a propositionibus oppositis de dicto enunciandi, quia harum propositionum oppositio facilior est. Sit igitur oppositio de dicto enunciandi datur inter propositiones, quarum subiectum aliquo signo quantitatis afficitur ut omnis, nullus, aliquis &c. Si duae propositiones eiusdem materiae, et altera sit universalis affirmativa altera autem universalis negativa, erunt inter se contrariae. Si ambae sint particulares, et una affirmativa et negativa altera, erunt subcontrariae. Si una sit universalis

afirmativa et altera particularis negativa dicuntur inter se contradictoriae; sicut contradictoriae etiam dicuntur, si una sit universalis negativa et altera particularis afirmativa. Tandem si una sit universalis et alia particularis, et ambae sint afirmativae, aut ambae negativae sint, subalternae dicuntur. Omnia haec clarius apparent in sequenti tabella.



227 Hae igitur propositiones omnis homo currit aliquis homo non currit contradictorie pugnant, quia ex sua vi enuntiativa pugnant tam quoad veritatem quam quoad falsitatem, siquidem ita sunt afirmatio et negatio eiusdem de eodem, ut quaelibet enuntiet, id, quod requisitum sufficit, et requiritur ad falsitatem alterius: unde in nulla hypothesi possibili possunt esse simul verae aut simul falsae. Propter eamdem rationem ista universalis negativa nullus homo currit pugnat etiam contradictorie cum ista particulari afirmativa aliquis homo currit. Insuper universalis afirmativa omnis homo currit et universalis negativa nullus homo currit sunt contrariae; quia ita sunt afirmatio et negatio eiusdem de eodem, ut ex sua vi enuntiativa pugnent quoad veritatem

cum enim negativa neget plus quam quod requiritur ad fal-
sificandam affirmativam contrariae, et inferatur ex sua vi enun-
ciativa contrariae affirmativae; et cum affirmativa affirmet plus
quam quod requiritur ad falsificandam negativam contrariae
infert contradictoriam negativae: unde cum ex vero non possit nisi verum infe-
ratur, si contrariae essent simul verae, simul essent subcontrariae
consequenter resultaret duplex binarium contradictoriarum si-
mul verarum, quod implicatorium est. possunt tamen praedictae contrariae
attenta sua vi enuntiativa esse simul falsae ob dicta numero 83.


88 Rur-
sus: istae particulares aliquis homo currit aliquis homo non currit oppo-
nuntur subcontrarie quia ex sua vi enuntiativa pugnant quoad
falsitatem: siquidem cum ex sua vi enunciativa inferantur
ex contrariis, et falsum non nisi ex falso inferatur, si essent simul
falsae, falsae simul essent contrariae ex quibus inferuntur: unde
resultaret duplex binarium contradictoriarum simul falsarum, quod implica-
torium est; possunt tamen praedictae subcontrariae attenta sua vi enunciativa esse
simul verae, ut de facto currit si Petrus currat, et Paulus non currat. Tandem
istae propositiones omnis homo currit aliquis homo currit opponuntur subalternatim quia
ex sua vi enunciativa pugnant quoad mutuam illationem; valet enim va-
let omnis homo currit, ergo aliquis homo currit; non autem e contra valet aliquis
homo currit, ergo omnis homo currit. Similiter, et propter eandem rationem pug-
nant subalternatim propositiones istae nullus homo currit, aliquis homo non currit

89 Doc-
trina tradita facile applicatur adverbiis universalitatem et particularitatem
significantibus: unde hae propositiones Petrus ubique comedit, Petrus nullibi come-
dit sunt inter se contrariae, subcontrariae autem istae Petrus alicubi comedit, Petrus
alicubi non comedit. Haec ultima est contradictoria primae et subalterna secundae:
3a demum est contradictoria 2ae, et subalterna primae. Discurre similiter de
adverbiis temporis semper nunquam aliquando aliquando non

Deveni-
90 amus iam ad oppositionem de necesse. Propositiones de necesse, seu ex necesse dicuntur quae

Signis quantitatis omnis, nullus, aliquis, aliquis non, ut his propositionibus oppo-
sitas assignes, duplex ante oculos ponitur regula. Prima sit: Si propositio sit de
subiecto omnium uno, homo est animal, quae per prius descensum, qui valeat à tali
propositione, in illo inventa reduc propositionem ad propositionem de modo enunciandi, ut sic faci-
le contradictoriam contrariamque assignabis. Unde cum ab hac propositione homo est animal
valeat descensus universalis distributionibus, reducetur talis propositio ad universa-
lem affirmativam sic omnis homo est animal: et cum similis descensus va-
leat ab ista homo non est lapis, reducetur haec ad universalem negati-
vam sic nullus homo est lapis. Cum autem ab hac homo currit valeat de-
scensus disiunctivus determinatus, ipsa reducetur ad particularem affir-
mativam sic aliquis homo currit et cum similis descensus valeat ab-
hac homo non currit ista reducetur ad particularem negativam sic aliquis
homo non currit.

92 2a regula sit: Si propositio sit de subiecto singulari, contradictoria
unius erit altera, quae neget vel affirmet id, quod altera sic definitum
et requiritur ad falsitatem illius contraria vero erit quae plus neget vel
affirmet, quam quod requiritur, et ex qua legitime inferatur contradic-
toria illius. Unde contradictoria huius Petrus currit est ista Petrus non
currit, et contraria est haec Petrus non potest currere; huic autem contradicit
haec Petrus potest currere, ut in subiecta imagine clarum fit.



92 Hae igitur propositiones prius currit prius non currit sunt contrariae quia ex sua vi enunciativa pugnant tam quoad veritatem quam quoad falsitatem siquidem quaelibet earum enunciat aliquid quod per se sufficit et requiritur ad falsitatem alterius. Ob eandem rationem sunt etiam contradictoriae istae prius non post currere, prius post currere. Hae autem prius currit prius non post currere sunt contrariae; quia ex sua vi enunciativa pugnant quo ad veritatem, non vero quo ad falsitatem, siquidem quaelibet earum enunciat plus quam quod requiritur ad falsitatem alterius: unde si prius post currere et tamen non curratur ambae erunt simul falsae. Istae vero prius post currere prius non currit sunt subcontrariae; quia ex sua vi enunciativa pugnant quoad simultaneam falsitatem; possunt tamen esse simul verae, si videlicet prius post currere et tamen non curratur. Et cum ex hac propositione prius non post currere vere infertur ista prius non currit; ex hac autem non infertur illa ambae sunt subalternae; pugnant siquidem ex sua vi enunciativa quo ad mutuam illationem: propter eandem rationem sunt etiam subalternae istae: prius currit prius post currere.

93 Ex dictis in hac, et praecedenti sectione colliges 1°, quod propositiones subalternae non opponuntur oppositione logica proprie tali. Ratio est; quia cum ambae sint affirmativae aut negativae ambae, non sunt affirmatio et negatio eiusdem de eodem, in quo sita est ratio oppositionis logicae. Ad haec subalternae possunt esse simul verae aut simul falsae propositiones autem logice oppositae nequeunt esse simul verae. Tandem pugnantia quoad mutuam illationem non facit quod propositiones sint logice oppositae, sed quod sint diversae non mutuo. Colliges 2° quod subcontrariae non opponuntur oppositione logica proprie tali. Ratio; quia licet subcontrariae sint affirmatio et negatio, non tamen sunt eiusdem de eodem alioquin non possent esse simul verae, ut re ipsa possunt. Deinde: veritas non opponitur logice veritati; unde cum subcontrariae possint esse simul verae non sunt logice oppositae.

94 Colliges 3°

ra propositiones contradictoriae, quae contrarias opponi oppositione logica proprie talis; ratio est, quia contradictoriae quae contradictoriae sunt affirmatio et negatio eiusdem de eodem, et consequenter incompatibiles in veritate impossibile enim est idem simul esse et non esse. Et licet ex contradictoriis una universaliter enuntiandi universalis enuntiet de omnibus, particularis autem enuntiet de aliquo, hoc non probat quod subiectum talium propositionum sit diversum, sed quod supponit sit diversum. Probatur quia de illis omnibus de quibus universalis, ut omnis homo currit, affirmative enuntiat praedicatum de ipsis particularis aliquis homo non currit affirmative enuntiat praedicatum. Insuper licet ex duabus contradictoriis negativa plus neget, quam quod requiritur ad falsitatem affirmativae, tamen sunt eiusdem praedicati; quia ipso, quod neget plus, negat quod requiritur atque adeo negat praedicatum quod enuntiat affirmativa.

Colliges 4o quod licet alicui propositioni
95 assignentur plures contradictoriae, ut huic omnis homo legit cui assignantur non omnis homo legit, aliquis homo non legit, quidam homo non legit, assignatae tamen debent esse formaliter aequipollentes, ut sunt praedicti. Et ratio est; quia cum contradictoria debeat enuntiare id quod praecise sufficit et requiritur ad falsitatem alterius, et hoc consistat in indivisibili nequeunt eidem propositioni assignari plures contradictoriae, nisi istae sint inter se formaliter aequipollentes. Ex: eidem propositioni assignari possunt plures contradictoriae, quae non sint formaliter aequipollentes, quia contradictoria debet plus enuntiare quam quod requiritur ad falsitatem suae contradictoriae et hoc fieri posse pro pluribus propositionibus inter se non aequipollentibus formaliter: unde huic propositioni omnis homo legit assignantur ut contradictoriae istae nullus homo legit, Petrus non legit quae inter se non sunt formaliter aequipollentes, et ipsarum quaelibet negat plus, quam quod requiritur ad falsitatem affirmativae omnis homo legit

Colliges tandem
96 quod oppositio logica per antonomasiam est sicut Aristoteles illa oppositio contradictoria, quia est oppositio quae veritatem et falsitatem, unde oppositio

contradictoria est simul minor et absurda maior quam oppono contra et licet ob paucos titulos desumatur veritas unius propositionis per contrariam quam per suam contradictoriam; dum hoc oppono contraria cadat contrarietate; oppono tamen contradictoria extra contraria ideo, quod veritas unius propositionis prius et immediatius desumatur per suam contradictoriam quam per suam contrariam: inter propositiones enim contradictorias non datur medium, datur autem inter contrarias, et ideo propositiones contrariae desumuntur a se tanquam extremis. Contradictoria autem extrema, unde cum de Conrono posset dici, quod oppono contrariae contradictoria se habent tanquam extrema et respective.

97 Atque nota generalem regulam ut absque quibuscumque propositionibus locum contradictoria assignes. Inspice primus propositionis sensum, et immutatum suppositione reliquis quae mox proponentur, supra suppositione distributiva, quae mutari debet in distributivam determinatam et e contra; nec non id quod negatio requirit, et sufficit ad falsitatem propositionis affirmativae aut affirma id, quod negatio requirit, et sufficit ad falsitatem negativae. Unde si quaeratur contradictoria huius propositionis *Caecus videt*, cum talis propositio aequivaleat particulari et eius subiectum supponat cum distractione, sensus talis propositionis erit hic aliquis, qui fuit *caecus modo videt*, et cum ad huius falsitatem sufficiat, vel quod nullus fuerit caecus, vel si quis fuerit, nunc non videat, contradictoria talis propositionis erit haec vel *nullus fuit caecus*, vel nullus qui fuit *caecus modo videt* cum data distractione subiecti, et mutata suppositione communi determinata in distributiva.

98 [...]TIO III.

Aliquarum propositionum contradictoriae assequuntur.

Ut in re adeo lubrica non immoremur et ut plura, quae contra regulam doctrinae fieri possent sophismata declinemus, aliquarum propositionum contradictorias, quae maiorem saepius obscuritatem ventris oculis obiiciant. Dico 1º, propositionibus de subiecto, in quo aliquid supponitur per rationem implicationis tacitae vel expressae, regula ut prius dictum loquitur,

prius qui currit movetur, assignari contradictorias. R. singu-
do toti propositioni particula non negante sub assumpto ea contra im-
plicationis quia copula principalis. sic non prius al-
ius loquitur, idest vel prius non est alius vel non loqui-
tur; alteri autem propositioni sic non prius qui currit movetur
idest vel prius non currit, vel non movetur; Ratio doctri-
nae est quia cum contradictoriae propositiones affirmativae possint esse
falsae vel ratione suppositi vel ratione copulae principalis
non contradicit illis, nisi propositio quae sub assumpto negetur ea-
gis contra; propositio enim quae altera determinans contra negante
ut prius qui currit non movetur, prius negante quae ingre-
ditur ad falsitatem affirmativae: unde affirmativa
et negativa erunt simul falsae, si prius non curreret et tamen
moveatur. Similiter propositioni affirmanti R. dans et dicens quod R.
dans contradicit sibi contradicitur per propositionem sub assumpto negan-
tem vel dicens vel R. dans: unde huic prius necessario est animal
contradicitur per istam prius non necessario est animal quae hunc sen-
sum habet vel prius non est animal, vel non est necessario animal. Di-

99 co 2o contradictoriam huius propositionis omnis homo servans mandata omnia
Dei salvabitur, esse istam aliquis homo servans omnia manda-
ta Dei non salvabitur; quia mutari debet suppositio distri-
butiva in omnis homo in suppositionem distributivam determinatam,
et servanda est in eadem quia propositio supponit collective in omnia
mandata: unde si haec ita suppositio mutetur sic videli-
cet aliquis homo servans aliquod mandatum Dei non sal-
vabitur, non contradicet affirmativae. Ex dictis infertur 3o, contradic-
toriam huius propositionis omnis homo ubique loquitur esse istam ali-
quis homo aliquo non loquitur; quia suppositio distributiva
ea sub qua adverbium mutari debet in suppositionem dis-
iunctivam determinatam: unde neutra homo atque omnis homo ali-
quando non loquitur, aliquis homo ubique non loquitur est contradictoria

illius universalis affirmativae.

100 Inferes 2o contradictoria huius omnis Evangelistae sunt 4or esse istam omnes Evangelistae non sunt 4or; quia supponunt collective subiecta contrarii, deinde in utraque propositione contrarii sint: unde recurrat hanc aliquis Evangelista non est 4or, aliqui Evangelistae non sunt 4or esse contradictoria huius, quia hanc una mutat suppositionem collectivam in particularem distributivam, et 2a in mista ex particulari et collectiva. Inferes 3o contradictoriam huius aliquis oculus requiritur ad videndum esse istam non aliquis oculus requiritur ad videndum faciunt hunc sensum neque hic oculus neque iste oculus neque ille oculus requiritur ad videndum, quia in utraque propositione servat eandem suppositionem confusam subiecti: unde recurrat hanc nullus oculus requiritur ad videndum, aliquis oculus non requiritur ad videndum esse contradictoria huius; quia istae mutant in suppositionem determinatam suppositionem confusam subiecti huius.

101 Dico 3o contradictoriam huius propositionis omnis homo est omnis homo esse hanc omnis homo non est omnis homo, siquidem subiectum, quia praedicatum supponant collective. Si vero subiectum supponat distributive contradictoria affirmativae erit haec aliquis homo non est omnis homo contra suppositione collectiva in praedicato universalis. Si autem praedicatum affirmativae non supponat determinate posset affirmativa sic resolvi, Petrus est hic homo, Paulus est ille homo et tunc eius contradictoria erit haec vel Petrus non est hic homo vel Paulus non est ille homo. Denique ad formandam quamlibet contradictionem impropriam sit Axioma illud Dialecticum non est melius contradicere, quam totum propositionis partem negantem praeponere.

SECTIO IV.

Propositionis simplicis absoluta conversio exponitur.

102 Conversio est mutatio unius propositionis in aliam per solam extremorum commutationem, ut nullus homo est equus: ergo nullus equus est homo.

ppter inferens distinctio conversa et propositionem illativa diminuitur conversa

veri. Ratio ista fundatur in evidenti principio quod identificantur inter se identificantur et quae dissentiunt inter se distinguuntur: ergo evidens fit, quod negat subiectum identificari cum praedicato quin praedicatum identificetur cum subiecto, et similiter negat subiectum distingui a praedicato quin praedicatum distinguatur a subiecto. Conversio est triplex: prima est simplex, sive simpliciter: 2a per accidens: 3a per contrapositionem. Prima datur quando in propositione conversa et convertente servatur eadem quantitas in terminis in propositionibus supra positis. 2a datur quando propositiones sunt diversae quantitatis ut omnis homo est animal et aliquod animal est homo. 3a datur quando conservata eadem quantitate uterque terminus mutatur adfinito in infinitum ut omnis homo est animal: et omne non animal est non homo.

103 Ut autem scias, quae propositiones simpliciter, quae per accidens, quae per contrapositionem converti possunt, sequentia carmina memoriae mandabis.

Simpliciter fEcI convertitur, EvA per acci

AstO per contra: sic fit conversio tota.

In his dictionibus ominibus votare docet tres illas dictiones fEcI, EvA, AstO et in his has quatuor vocales A, E, I, O quarum significatio manifestatur his versiculis.

Asserit A negat E: sunt universaliter ambo.

Asserit **I** negat **O** sunt particulariter ambo

Igitur littera **A** significat propositionem universalem afirmativam E universalem negativam, I particularem afirmativam et **O** particularem negativam.

104 Unde colligitur, quod propositio universalis negativa et particularis afirmativa significata per vocales huius dictionis fEcI convertuntur simpliciter; propositio autem universalis negativa et universalis afirmativa significata per vocales huius dictionis EvA

Dicantur per accidens et tandem quod propositio universalis affirmativa et particularis negativa sic cum sint vocales dictionis Asto docentur per contrapositionem. Dices 2o, quod propositio universalis affirmativa docentur dupliciter nempe per accidens et per contrapositionem ut omnis homo est animal docentur per accidens sic, ergo aliquod animal est homo et per contrapositionem sic, ergo non animal est non homo. Dices 3o; quod universalis negativa docentur etiam dupliciter simpliciter ut dictum est et per accidens ut nullus equus est lapis docentur simpliciter sic, ergo nullus lapis est equus et per accidens sic, ergo aliquis equus non est lapis.

105 Dices 4o quod particularis affirmativa solum docentur simpliciter ut aliquod animal est risibile, ergo aliquod risibile est animal. Dices 5o, quod particularis negativa solum per contrapositionem docentur ut, aliquis homo non est equus ergo aliquis non equus non est non homo quia sic exponitur aliquid distinctum ab equo non est aliquid distinctum ab homine. Hae quoad propositiones, quarum in affirmantur aliquo signo quantitatis. Si vero propositio sit indefinita conversus, quia ab illa valeat reducatur ad definitam, et tunc facile juxta datas regulas docentur. Si vero nullus conversus valeat maneat in absque quantitate ulla ut animal est equus: ergo equus est animal.

106 De conversione propositionis singularis hic observa si propositio sit affirmativa et detur subjecto et praedicato singularibus docentur simpliciter ut Petrus est hic homo, ergo hic homo est Petrus si vero sit affirmativa de praedicato communi docentur per accidens ut Petrus est animal, ergo aliquod animal est Petrus. Si sit negativa stans subjecto et praedicato singularibus docentur simpliciter, et per contrapositionem cum signo quantitatis particularis ut Petrus non est Paulus, ergo Paulus non est Petrus: ergo aliquid non Paulus non est Petrus. Si tandem negativa sit de praedicato communi docentur simpliciter per accidens et per contrapositionem cum signo quantitatis particularis ut Petrus non lapis: ergo nullus lapis est Petrus: ergo aliquis lapis non est Petrus: ergo aliquid non lapis

Non est Petrus

107 Ad 5um notabis 7o, quod ut conversio bona sit debent concordari in utraque propositione omnes terminorum proprietates circa suppositionem, ampliationem, quae mutari possit in affirmativa determinata: unde non est recta conversio ista aliqua species est homo: et aliquis homo est species; quia homo in prima conversa habet suppositionem simplicem et in convertente personalem. Neque ista caeci sunt videntes et videntes sunt caeci quia in conversa terminus caeci supponit cum ampliatione et in convertente cum statu: deberet ita converti sic convertitur et homo est aliqua species; 2a vero sic et aliqui videntes sunt qui fuerunt caeci.

108 Notabis 2o ad rectam conversionem requiri etiam quod casus obliqui adnumerentur ad convenientem partem illius extremi, quod afficiebant: unde haec propositio Petrus videt Paulum non recte convertitur sic et Paulus videt Petrum, nam obliquus transfert in rectum; recte autem convertitur ita et aliquod videns Paulum est Petrus. Notabis 3o requiri etiam ad rectam conversionem quod in utraque propositione conveniat idem sensus, et acceptio copulae: unde haec propositio homo est practicum animal non recte convertitur sic et animal est practicum homo; nam in 1a propositione illa copula est est practicum habet hunc sensum, scilicet homo ex sua definitione est animal; in 2a autem (omissa circa praedicationis in directe propositionem doctrina) ipsum falsum animal ex sua definitione est homo. Recta autem erit conversio haec homo inadaequate practicum est animal: et animal est practicum inadaequate homo.

109 Notabis demum cum de Lince, quod conversio per contrapositionem possit esse quando scilicet eadem copula convertitur in utraque propositione et tunc utrique extremi convertentis infinitatur, ut aliquod animal non est equus et aliquod non equus non est non animal et potest esse etiam mixta, quando scilicet copula affirmativa mutatur in negativam, aut e contra, et tunc unum solum extremum convertentis infinitatur, ut omnis equus est hinnibilis: et omne non hinnibile non est equus. Scilicet de conversione

Ld positionem quantum concerne et dimissa aliarum Dialecticorum; omnis tamen conversio pro positionem ut oportunum notare. Providendo omnino inutilis est quia nec ad explicanda, sed potius ad confundenda obiecta multitudo negationum deservit. Ergo conversio simplex et per accidens utilissima est tunc ad explicanda propositiones conversas tum ad sillogismi reductionem.

SECTIO V.

Propositionis Simplicis Absolutae Aequipollentia.

220 Aequipollentia logica sic communiter definitur duarum propositionum diversio signis contrariorum eadem significantia vi particulae negantis sumpta. Et quae propositiones fiant Aequipollentes, vulgaris Dialecticorum Musa hoc carmine claudit

Prae contradic. post contra. prae postque subalter.

Hoc carmen tria respicit continet. Primum est propositiones contradictorias fiunt Aequipollentes si alterutri illarum praeponatur particula Non. 2um est propositiones contrarias fiunt Aequipollentes si subiecto unius postponatur particula Non. 3um est propositiones subalternas fiunt Aequipollentes si subiecto unius praeponatur et simul postponatur particula Non: haec particula denegantis sumi, ut Aequipollentia vere fiat ut haec recepta calleas, discere debes Aequipollentiam logicam signorum quantitatis ratione particulae Non ipsis praepositae aut postpositae: ea sequentia carmina docent.

Non omnis quidam non: omnis non, quasi nullus.

Non omnis non, quidam: non nullus non, aliquis non.

Non nullus, quidam: sed nullus non, valet omnis.

Non aliquis, nullus: non quidam non, valet omnis.

Non alter neuter: non neuter non, alteruterque.

221 Ex dicta omnia recta ad praxim reducamus sic: propositiones istae omnis homo currit aliquis homo non currit sunt contradictoriae, et fient aequipollentes si in ipsarum receptum contradic. earum uni praeponatur particula Non sic quidem haec propositio omnis homo currit, non aliquis homo non currit,

sunt equipollentes iuxta illud non quidam non aliquis omnis et etiam
istae non omnis homo currit, aliquis homo non currit equipollentes sunt
iuxta illud non omnis quidam non, hae autem omnis homo currit, nullus
homo currit sunt contrariae et fiunt equipollentes si iuxta regulam
positam subcontrarius praepositum ponatur particula non; siquidem hae om-
nis homo currit, nullus homo non currit sunt equipollentes iuxta illud
nullus non et alia omnis: et etiam istae omnis homo non currit, nullus
homo currit equipollentes sunt iuxta illud omnis non quasi
nullus.

222 Istae tandem omnis homo currit, aliquis homo currit sunt sub-
alternae et fiunt equipollentes, si iuxta regulam praepositam
quae subalterna, subcontrarius praeponatur et postponatur
particula non siquidem hae non omnis homo non currit, aliquis currit
sunt equipollentes iuxta illud non omnis non quidam: et etiam istae
omnis homo currit non aliquis homo non currit equipollentes sunt
iuxta illud non quidam non et alia omnis. Unde observabis, quod
huic propositioni omnis homo currit possunt assignari tres equipollentes scili-
cet non aliquis homo non currit, nullus homo non currit, non aliquis homo
non currit, siquidem tamen variae propositiones diversis signis constantes
eandem est vis significativa vi partis non: unde tales propositiones eiusdem sig-
nificandi, eiusdem sensus et eandem veritatem aut falsitatem habent. Ob-

223 servabis 2o, quod subalternae non possunt fieri equipollentes; quia
ut subalternae, v.g. istae aliquis homo currit, aliquis homo non currit fia-
rent eiusdem sensus, deberet particula non postponi subcontrario affirma-
tivae, tunc autem non equipollentes, sed propositio omnino eadem essent,
ut patet est. Observabis 3o, regulam traditam de equipollentiis doc-
trinam posse etiam extendi ad propositiones constantes signis nume-
ris pluralis: unde hae duae omnes homines currunt, aliqui homines
non currunt, fierent equipollentes si contrarie alteri praeponatur
particula non, hae enim non aliqui homines non currunt equipollens
est affirmativae. Observabis tandem, quod licet regula dicta recta.

Respondeo dato, sint ut propositiones de secundo adiacente enunciandi, equipollentes fiant tamen necessario illud Deus dicit extenditur etiam ad propositiones oppositas de lege. Probatur; quia si enim ex his conditionibus Petrus currit, Petrus non currit ponantur partes totales propositionis fient formaliter equipollentes; haec enim propositio non Petrus currit vi negationis relictae habet eundem formalissimum sensum, ac ista Petrus non currit.

114 Similiter ista non Petrus non currit vi negationis relictae habet eundem formalissimum sensum, ac haec affirmativa Petrus currit. Corroboratur hoc: non est melius concedere quam non propositio negationis relictae generi huic affirmativae Petrus currit concedunt loco istius non Petrus currit Petrus non currit: et istae sunt formaliter equipollentes, quia audit propositio neque loco dicitur propositiones duas propositiones, nisi sint formaliter equipollentes: formaliter, inquam, non solum quo ad solum, ut istae Petrus est homo Petrus est animal rationale, sed etiam quo ad suum formale enunciandi [illegible]. Hinc est quod equipollentia locum non restricta ad solas propositiones de secundo enunciandi, sed universaliter sumpta recentius definitur, sicut ab illa convenientia [illegible] posita numero [illegible] motor huius sermonis rotantur verba illa diversis signis [illegible].

QUAESTIO III.

De propositionibus formaliter compositis, et exponibilibus.

SECTIO I.

Compositio, Materia, Forma, Quantitas, et Qualitas propositionis formaliter compositae exponuntur.

115 Propositio composita iuxta dicta numero 80 huius compositionis est quae constat ex terminis copula adverbiali unitis, in qua et quorum quolibet reperitur copula enunciationis. Si copula adverbialis sit coniunctio copulativa vel et, ergo est propositio copulativa ut Petrus currit et Paulus loquitur ut propositio copulativa sit vera exigitur quod verae sint omnes simplices ex quibus componitur: una ut sit falsa, sufficit quod falsa sit aliqua simplex ex qua copulativa componitur. Si vero copula adverbialis

sit disiunctio disiunctiva vg vel aut ad sensum propositionis disiunctiva vg vel Petrus currit vel Paulus loquitur. Propositio disiunctiva potest esse disiunctiva propria, aut disiunctiva impropria. Disiunctiva propria est, quae ad suam veritatem exigit unam ipsius simplicium esse veram et alteram falsam: disiunctiva impropria est, quae ad suam veritatem exigit, unam ipsius simplicium esse veram, quidquid sit de alia. Quod propositio disiunctiva proprie aut improprie sumatur pendet ab intentione loquentis.

Ex dictis Dico 1o, quod

116 ut haec propositio vel Petrus currit vel Paulus loquitur in sensu disiunctivo proprio sit vera, requiritur, aut quod Petrus currat, et Paulus non loquatur, aut quod Paulus loquatur et Petrus non currat: unde si Petrus currat et Paulus loquatur erit falsa. Hinc est quod ab una simplici condicionis disiunctivae propriae valet consequentia ad contradictoriam alterius simplicis, sic videlicet vel Petrus currit vel Paulus loquitur; sed Petrus currit: ergo Paulus non loquitur. Similiter valet consequentia a contradictoria unius simplicis ad alteram simplicem sic videlicet subsumendo Sed Petrus non currit: ergo Paulus loquitur; quia ut disiunctiva sive propria sive impropria sit vera omnino requiritur quod una simplex sit vera.

117 Dico 2o, quod ut eadem disiunctiva in sensu disiunctivo improprie sit vera requiritur, aut quod Petrus currat, loquatur vel non loquatur, vel non loquatur Paulus; aut quod Paulus loquatur currat vel non currat Petrus: unde vera erit licet Petrus currat, et Paulus loquatur. Hinc est quod ab una simplici disiunctivae impropriae non valet consequentia ad contradictoriam alterius simplicis, et consequentia non est recta sic dicendo vel Petrus currit vel Paulus loquitur sed Petrus currit: ergo Paulus non loquitur; Similiter si disiunctiva impropria valebit consequentia a contradictoria unius simplicis ad alteram simplicem, sic videlicet subsumendo; Sed Petrus non currit: ergo Paulus loquitur; quia aliqua simplex debet esse-

vera ut disjunctiva impropria vera sit. Contra eo quod solum erit falsa disjunctiva impropria, quando utraque simplex falsa sit; disjunctiva autem propria erit falsa, quando utraque simplex falsa sit aut quando utraque simplex sit vera.

118 Facile jam dignoscuntur oppositiones propositionum hypotheticarum compositarum. Igitur copulativae contradicit disjunctiva impropria mutans omnes copulas verbales copulativae; unde contradictoria hujus propositionis Petrus currit et Paulus loquitur erit haec: vel Petrus non currit vel Paulus non loquitur in sensu disjunctivo improprio; quia cum ista ad sui veritatem indeterminate petat, alterutram simplicium esse veram, petit quod sufficit et requiritur ad falsificandam copulativam positam ad sui veritatem, quod utraque simplex sit vera. Contraria copulativae erit alia copulativa mutans omnes copulas verbales illius; unde contraria praedictae copulativae erit ista Petrus non currit et Paulus non loquitur, quae plus negat quam quod requiritur ad falsitatem alterius copulativae. Assignatis contrariis, et contradictoriis, facile dignoscuntur subcontrariae et subalternae. Omnia in aspectu ponit subtus de more typus.



1419 Haec igitur copulativa Petrus currit, et Paulus loquitur, et haec disiunctiva impropria vel Petrus non currit vel Paulus non loquitur sunt contradictoriae, quia ex vi suae formalis enunciationis sunt incompatibiles tam in veritate quam in falsitate: unde in nullo casu possibili possunt coniungi in veritate aut in falsitate, ut patet si decurrantur casus possibiles: ob easdem rationes huic copulativae Petrus non currit et Paulus non loquitur contradicit haec disiunctiva impropria vel Petrus currit, vel Paulus loquitur. Copulativae sunt inter se contrariae; quia ex vi suae formalis enunciationis pugnant quoad veritatem simultaneam, non tamen quoad simultaneam falsitatem: falsae enim simul erunt, si Petrus non currat et Paulus loquatur, sicut etiam, si Petrus currat et Paulus non loquatur. Disiunctivae illae sunt inter se subcontrariae; quia ex vi suae formalis enunciationis pugnant quoad simultaneam falsitatem, erunt tamen simul verae si Petrus currat et Paulus non loquatur, sicut etiam si Petrus non currat, et Paulus loquatur.

Copulativa Petrus currit

1420 et Paulus loquitur, et disiunctiva vel Petrus currit vel Paulus loquitur sunt subalternae; quia attenta formalitate enunciandi dicto valet consequentia a copulativa ad disiunctivam, et non e contra: ob easdem rationes sunt etiam subalternae Petrus non currit, et Paulus non loquitur. vel Petrus non currit vel Paulus non loquitur. Notabis quod huic propositioni Petrus currit, et Paulus loquitur opponitur contradictorie haec simpliciter Petrus non currit, sicut et ista Paulus non loquitur, et etiam haec disiunctiva vel Petrus non currit vel Paulus non loquitur sumpta in sensu disiunctivo proprio; quia quaelibet harum per se negat plus quam quod requiritur ad falsificandam copulativam affirmativam.

Materia

1421 circa quam propositionis oppositae conformiter ad nostra principia non distinguitur a sensu materiae necessariae, impossibilis aut contingentis, cum dicat conditionem unius propositionis cum alia, aut conditionem distinctionis unius simpliciter ab alia. Unde dicendum nobis est, quod materia circa quam propositionum oppositarum est eadem ac materia circa quam

ppu simplicium ex quibus dicitur. Tertia correspondens praedictis manieris ex qua est ipsa propositio composita.

122 Materia ex qua propositio composita sunt propositiones simplices, et copula adverbialis. Forma correspondens huic materiae ex qua est aspositio et connexura partium propositionis compositae. Quantitas propositionis compositae est eadem ac quantitas simplicium ex quibus dicitur composita. Qualitas propositionis compositae consistit in veritate aut falsitate. Hic insinuare potueramus modalitatem illam quam P. Georgius Hemelman in sua Theologia adinvenit et quam acriter pro utraque parte defendunt plurimi Recentiores Magistri; sed quia inutilis abstrusa valde et impertinens est subtilitas, scilicet possibilis propositio, vel quae dicitur propositio cui assignari non potest contraria, eam libenter praetermittamus.


Sectio II.

De propositionibus exponibilibus instituitur sermo.

123 Propositiones exponibiles vocantur illae quae expositione aliqua indigent, ut manifestius earum sensus clare cognoscatur. De eis dicemus primo de exceptivis, et exclusivis quae licet sint formaliter simplices, vocantur tamen virtualiter compositae. Hoc igitur exceptiva est illa in qua per dictionem exceptivam assumitur subiecto communi, excipiendo aliquid infimum quod erat inclusum in subiecto ut omnis homo praeter Petrum currit, dicitur in dictione de subiecto communi; quia particulae exceptivae ut praeter, citra et similes solum habent vim exceptivam, si subiectum propositionis sit commune; nam si singulare sit, tunc tales particulae non exceptive sed extensive capiuntur: unde haec propositio Petrus praeter Paulum currit non est exceptiva sed extensiva; quia in illa nihil excipitur sed praedicatum extenditur ad Petrum et Paulum et aequivalet enim huic Petrus currit et Paulus currit.

124 Regula ad exponendas propositiones exceptivas est haec: si propositio exceptiva est affirmativa de subiecto communi, est negativa de infimo

excepto; et e converso, sicut negativa de subiecto communi, est affirmativa de insequenti excepto: unde illa propositio omnis homo praeter Petrum currit sic exponitur omnis homo distinctus a Petro currit et Petrus non currit. Propositioni exceptivae assignatur contradictoria praeponendo illi particulae non, et assignatur contraria postponendo particulam non integro subiecto illius. Assignantur contradictoriis et contrariis, habentur etiam subcontrariae et subalternae. En imaginem.



habes exemplar expositionis, et oppositionis exceptivarum de quarum subjecto communi est sicut infertius singularum. Eodem modo, in supra casum regulas, fit expositio et oppositio exceptivarum de quarum subjecto est sicut inferius communi ut subscripta tabula demonstrat.

De omni ... currit ... Vel ... currit ...

De ... currit ... nullus ... currit ... omnis ... currit.

Non de ... currit ...


Non omnis ... currit ...

125 Igitur exceptivarum oppositio contradictoria, contraria, subcontraria et subalterna probanda est eodem modo quo probata est propositionum supra positarum sectione. Notabis, me exposuisse contradictoria ... ut cognoscas quo exceptive parlando ... Sumuntur in sensu ... proprio, ut ... logici dicant universales ... exceptivo; unde licet ... sint in sensu ... omnis homo praeter ... currit possit sic explicari, aliquid ... currit ... currit ... una dictione ... omnis; tamen ... sumuntur ... ad explicandum ... quae ... in propositionibus imaginibus ...


126 Expositâ iam natura propositionum exceptivarum, accedamus iam ad propositiones ex-
clusivas, quae pariter sunt propositiones exponibiles. Propositio exclusiva est, quae
[illegible] aliqua particula excludente, ut tantum, solum, duntaxat, et particula
exclusiva potest afficere subiectum, et tunc propositio dicitur exclu-
siva de subiecto, idest ita tribuens subiecto praedicatum, ut exclu-
dat omne aliud subiectum a participatione eiusdem praedicati, ut tantum
teris; si non studes ergo verberibus dignus es, siquidem otiosus
es, et scholastici muneris transgressor. talis etiam est illud Divi Ber-
nardi in peccatores argumentatio aut Christus errat, aut mundus falli-
tur sed Christus non errat: ergo mundus fallitur: ergo qui Mundum se-
quuntur falluntur cum Mundo fallaci: aut si Christum errare dicis: ergo
blasphemus reus es.
26 Sorites, seu Gradatio quae etiam dicitur acervalis
seu glabata [?] argumentatio quae etiam in qua sunt plures propositiones subiecto pr-
aedicato, et praedicatum ultimum locum occupat sub forma Barbara, ut
Petrus est homo, omnis homo est animal, omne animal est vivens, omne vivens
est substantia, omnis substantia est ens: ergo Petrus est ens. Gradatio rec-
te fiet, si integrum praedicatum unius propositionis sit integrum subiectum se-
quentis, et omnes propositiones inter medias sint affirmativae, et eiusdem
quantitatis, scilicet, omnes universales, aut omnes singula-
res: unde haec argumentatio homo est proximus 2o, 2us est pro-
ximus 3o: ergo homo est proximus 3o non tenet quia integrum praedicatum

unius ad integrum subjectum alterius: vera autem esset sic, hic est proximus 2o., proximus 2o. est proximus 3o.: ergo hic est proximus 3o. licet enim falsum sit consequens falsum tamen est antecedens unde infertur

SECTIO IV

ARGUTIONIS PRINCIPIA IN TRUTINAM VOC VR.

27 Argumentatio habet sua principia certa et inconcussa. 1um est: ex vero non nisi verum. Ratio est: quia consequens illatum legitime continetur in antecedente; sed in antecedente vero nihil potest contineri nisi verum; si enim aliquid contineretur in antecedente esset falsum, tunc antecedens esset falsum absolute: ergo consequens legitime illatum ex antecedente vero est verum: ergo ex vero nequit inferri falsum, sed ex vero non nisi verum. Nota consimilia ista intelligi de antecedente identificato vel mere cognito cum consequente, non vero de argumentatione lata circa antecedens solum. Physice aut moraliter connectatur cum consequente, ut ignis est applicatus et aduritur: est mater et amat filium. In his enim enim argumentationibus antecedens potest esse verum et consequens falsum.

28 2um principium: ex falso aliquando verum, et falsum aliquando. Ratio est; quia antecedens falsum potest continere aliquam partem veram: et ex falso potest inferri verum et falsum potest etiam inferri. Unde ex hac falsa propositione, omne animal est homo legitime infertur hoc consequens verum: ergo aliquod animal est homo, et istud falsum: ergo omne animal est rationale. Nota, quod licet in[...]tus nequam assertum ex falso cognito in falso, hoc non tollit quod in antecedente falso includatur consequens verum et consequens falsum: unde si omittatur antecedens huius argumentationis omne animal est homo: ergo omne animal est rationale, deerit bona consequentia; quia illatio vitiosissima est.

29 3um principium: ex necessario non nisi necessarium, id est ex propositione necessaria

necessario vera nequit inferri ex se ergo necessario vera.
Ratio est: ex antecedente necessario vero non potest inferri consequens impossibile; alias ex antecedente necessario vero posset inferri consequens necessario falsum, quale est consequens impossibile. Insuper: ex antecedente necessario vero non potest inferri consequens contingens, quia cum consequens contingens possit esse falsum, possit cum necessaria veritate antecedentis coniungi falsitas consequentis, quod contingere nequit: et ex antecedente necessario nec potest inferri consequens impossibile nec contingens: et ex antecedente necessario nequit inferri nisi consequens necessarium, ac proinde ex necessario non nisi necessarium.

30 Aliud principium: ex contingenti aliquando contingens aliquando necessarium sequitur, nunquam impossibile. Ratio prioris partis quandoque contingens potest connecti cum consequenti contingenti, ut Petrus currit et movetur. Ratio 2 partis; quia etiam potest antecedens contingens cum consequenti necessario ut creatura existit et existit Deus. Ratio 3 partis quia non potest connecti cum consequenti impossibili, siquidem impossibile semper est falsum; antecedens autem contingens potest esse verum: unde si ex antecedenti contingenti posset inferri impossibile ex vero posset inferri falsum quod implicat. Aliud principium: ex impossibili aliquando impossibile, aliquando necessarium, et aliquando contingens. Ratio est quandoque impossibile potest connecti cum consequenti impossibili, necessario, et contingenti. Si ex. gr. pensas hos terminos ex. fixos omnis lapis est equus, sed Petrus est lapis: ergo Petrus est equus: nullus homo est rationalis, sed omnis equus est homo ergo nullus equus est rationalis; omnis leo currit sed Petrus est leo ergo Petrus currit, invenies, quod in his omnibus antecedens est impossibile, consequens autem in 1o est impossibile, in 2o necessarium, et in 3o contingens.

31 Aliud principium a

contradictorio vel contrario consequentis legitime illati vere valet ad antecedentis contradictorium. Ratio est; quia quando est verum contradictorium aut contrarium consequentis, consequens ipsum est falsum; alias possent esse simul vera duo contradictoria aut duo contraria: sed consequens falsum est, falsum etiam est antecedens, ex quo sequebatur est verum contradictorium antecedentis: et quando est verum contradictorium aut contrarium consequentis legitime illati, verum erit contradictorium antecedentis: ergo a contradictorio vel contrario, vel contrario consequentis legitime illati vere valet ad antecedentis contradictorium. Ex hinc hanc legitimam argumentationem omnis homo est equus et omnis homo est hinnibilis, et invenies, quod a consequentis contradictorio nempe aliquis homo non est hinnibilis quam a consequentis contrario nempe nullus homo est hinnibilis valet vere ad antecedentis contradictorium, videlicet aliquis homo non est equus.

32 Nota quod neque a contradictorio neque a contrario consequentis legitime illati valet vere ad contrarium valet vere ad contrarium antecedentis. Ratio est; quia quod sit verum contradictorium, aut contrarium consequentis legitime illati solum arguit, quod antecedens est falsum; quod autem antecedens falsum sit non arguit quod contrarium antecedentis sit verum siquidem duo contraria possunt esse simul falsa. Legitima autem est haec argumentatio omne album est album valet: ergo omne album est homo: at vero a consequentis contradictorio, scilicet aliquod album non est homo non valet ad antecedentis contrarium sic: et nullum album est album valet. Legitima etiam est argumentatio haec omnis homo currit: ergo Petrus currit: at a contrario consequentis, scilicet Petrus non currit non valet vere ad antecedentis contrarium sic: et nullus homo currit.

QVESTIO II. DE PRECIPVA ARGVMENTATIONIS SPECIE SYLLOGISMO.

SECTIO I. NATVRA SYLLOGISMI IPSIVSQVE ET MATERIA, FORMA EXPLICANTVR.

33 Syllogismus est argumentatio, qua in duabus assertis habitudinem co-

extremitatum intrinsece quam in praemissis posuerat eandem cum medio. Explico definitionem. Syllogismus formalis tribus terminis constat, quorum una dicitur maior, 2a minor, et 3a cons:
duae vero priores vocantur praemissae in quibus reperiuntur duo extremitates, et unum medium. Medium vocatur illud, quod bis ponitur in praemissis; extremitates vero vocantur illi, qui in praemissis semel ponuntur. Praemissae disponunt extremitates cum medio, aut identificando utramque extremitatem cum medio aut unam extremitatem cum medio identificando et alteram a medio distinguendo, unde habitudo extremitatum cum medio aut est habitudo identitatis et ad hanc requiritur identitas utriusque extremitatis cum medio, aut est habitudo distinctionis, et ad hanc requiritur identitas unius extremitatis cum medio, et distinctio alterius extremitatis a medio.

34 Dicimus 3°, quod Syllogismus rectus debet afferre in conclusione habitudinem identitatis extremitatum intrinsece, si in praemissis posuit habitudinem identitatis extremorum cum medio ut omnis homo est animal; sed Petrus est homo: ergo Petrus est animal; si autem in praemissis posuit habitudinem distinctionis extremitatum cum medio debet afferre in conclusione habitudinem distinctionis extremitatum intrinsece ut nullus equus est homo; sed omne hinnibile est equus ergo nullum hinnibile est homo. Dicitur 1°, quod Syllogismus rectus tribus tantum terminis constat, duabus scilicet extremitatibus et medio uno. Dicitur 2° quod extremitates deducuntur in conclusione; medium vero solum in praemissis ponitur. Dicitur 3° quod medium est recte disponendum, id est, identificari debet cum extremitatibus quae in conclusione identificantur intrinsece: et debet identificari cum una extremitate et distingui ab altera, si in conclusione extremitates intrinsece distinguuntur.

35 Syllogismus alius est demonstrativus, nempe ille qui ex praemissis evidentibus

evidentia evidentibus ipsum evidenter consequens: evidens vg.
omne totum est maius sua parte; sed Mundus est totum, ergo Mun-
dus est maior sua parte. Alius est topicus, seu probabilis,
scilicet ille qui ex praemissis probabilibus, aut ex una eviden-
ti, alia probabili infert consequens solum probabile vg.
quod non est de essentia logicae non dirigit logicam; sed actus spe-
culationis non sunt de essentia logicae: ergo actus speculationis
non dirigunt logicam. Alius est expositorius, nempe ille, qui habet
medium singulare, vg. hic equus est albus; sed Bucephalus est hic
equus, ergo Bucephalus est albus; syllogismus expositorius adeo clare, et evi-
denter concludit, ut de illius illatione dubitari nequeat. Alius tan-
dem est sophisticus, seu fallax, ille videlicet, qui licet aliquam
speciem syllogismi habeat, et tamen verus syllogismus non est, et consequentia
non concludit, vg. qui negat, Petrum esse hic, loquitur non errat; sed qui
negat Petrum esse hic, negat Petrum esse hic loquentem: ergo qui negat Petrum
esse hic non errat.

36 Materia immediata, seu ex qua syllogismi, et materia circa quam hic
non agimus sunt tres propositiones ex quibus syllogismus componitur. Forma
vero est talis modus, et propositionum structura, ut conclusio irremissibiliter dedu-
catur ex praemissis. Haec syllogismi forma consistit 1o in tali vel tali collo-
catione medii, et sic vocatur figura. Consistit 2o in combina-
tione propositionum universalium cum universalibus aut particularibus
et affirmantium cum affirmantibus aut negantibus et sic vocatur mo-
dus. Tres est juxta Aristotelem syllogismorum figurae, quia tripliciter potest
medium in praemissis collocari ut docent subiecta carmina.

Prima prius medium subdit post praedicat ipsum

Praedicat altera bis: bis tertia subiicit ipsum.

igitur syllogismus erit in 1a figura, si medium sit subiectum propositionis maioris, et prae-
dicatum minoris, vg. omnis homo est rationalis; sed aliquod vivens est homo: ergo aliquod
vivens est rationale. Erit syllogismus in 2a figura, si medium sit praedicatum maioris
et etiam minoris, vg. nullus lapis est equus; sed aliquod vivens est equus
ergo aliquod vivens non est lapis. Erit denique in 3a figura, si medium sit

medium sit subiectum utriusque praemissae, ut omnis equus est animal, sed omnis equus est vivens, ergo aliquod vivens est animal.

37 Nota quod medium potest in syllogismo aliter disponi, scilicet ita ut medium sit praedicatum in maiori et in minori subiectum, ut omnis equus est animal; sed omne animal est vivens: ergo omnis equus est vivens. Illius autem quam ab aliquibus quarta admittitur figura, quam Medici suo Principi Galeno communiter attribuunt: unde haec figura Galenica vocatur, sed ego potius Medicam appellarem, ut suos aliquando valde infirmos in Philosophia syllogismos meliori fortuna curent. Illustrissimus Caramuel Platoni authoritatem figurae: unde eam Platonicam appellandam indicat.

38 Sed nos Aristotelici cum nostro Aristotele Principe eiusdem figuram reducendam esse arbitramur ad primam Aristotelis; atque adeo non esse admittendam quartam figuram quod ut defendamus dicimus, primam figuram significasse syllogismos non esse maiorem sed minorem, quartam vero non esse minorem sed maiorem; licet vulgariter prima propositio vocetur maior et 2a minor. Verum, ut certum retinendum nobis est, syllogismos dispositos in hac sive Galenica sive Platonica figura frequentissimos, utilissimos et recte concludentes esse; quod eiusdem figura quarta sit vel ad primam Aristotelis quae reducenda est, tamen nihil ad de suo nomine nullius momenti.

39 Singularis figurae multipliciter variari potest quantitas, affirmando et negando propositiones: unde diversi resultant syllogismorum modi quos dialectici his versibus clauserunt omnibus.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio. = Baralipton.
1 Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum
2 Cesare, Camestres, Festino, Baroco. 3 Darapti.
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

ut intelligatur quid significent horum omnium dictiones ad earum vocales attendere debes. Prima cuiusque dictionis vocalis denotat speciem maioris, 2a minoris, 3a consequentis: vocales eiusdem dictionis sunt istae A, E, I, O quarum significationem

iam dictis sequentes ex illis versibus Asserit A negat E; sed universaliter ambo. Vocales dictionis Baralipton et tres secundae dictionis Frisesomorum nihil significant et solum positas esse ob carminis mensuram. Nota itaque quod prima figura continet novem syllogismos sub novem dictionibus primi et 2i versus significatos. 2a autem figura continet 4or modos significatos sub 4or primis dictionibus 3ii versus sub cuius ultima dictione et reliquas 4i versus dictiones significantur sex syllogismi, quos 3a continet figura. Hinc

40 Patet 1o, quod syllogismus iste omne animal est vivens; sed omnis homo est animal: ergo omnis homo est vivens est in primo modo primae figurae, scilicet in Barbara, quia constat maiori minori et consequenti universalibus affirmantibus et medium est subiectum maioris et minoris praedicatum. Patet 2o, quod syllogismus iste nullus lapis est risibilis; sed omnis homo est risibilis: ergo nullus homo est lapis est in primo modo 2ae figurae, scilicet in Cesare; quia constat maiori universali negante, minori universali affirmante et consequenti universali negante et medium est praedicatum utriusque praemissae. Patet 3o, quod syllogismus iste omnis homo est risibilis, sed omnis homo est animal: ergo aliquod animal est risibile est in 3ae figurae modo, scilicet in Darapti; quia constat maiori et minori universalibus affirmantibus et consequenti particulari affirmante, et medium est subiectum in utraque praemissa. Ex his exemplis et doctrina tradita facile in reliquis dictis syllogismos conformare facile est.

41 Nota tamen, quod ex his dictis syllogismis alii concludunt directe, et in directe alii. Syllogismus concludit directe, quando in consequenti ponitur pro subiecto extremitas minoris et pro praedicato extremitas maioris ut in hoc: Nullus homo est equus; sed omne risibile est homo: ergo nullum risibile est equus. Sic directe concludunt 4or primi modi Barbari, Celarent, Darii, Ferio. Indirecte concludit syllogismus quando in consequenti ponitur pro subiecto extremitas maioris, et pro praedicato extremitas minoris ut in Celantes: Nullus homo est equus; sed omne risibile est homo: ergo nullus equus est risibilis. Sic indirecte concludunt quinque reliqui modi primae figurae. Nota itaque quod licet dicti omnes 2ae et 3ae figurae concludant directe; aliqui tamen etiam

indigere concludi possunt: ut hoc dignoscatur duae regulae sequentes sint.

42 1a: quando conclusio est universalis negativa aut particularis affirmativa possunt syllogismus utroque modo concludere, quia conclusiones possunt converti simpliciter iuxta regulam simpliciter fecit, et consequenter possunt subiectum mutari in praedicatum, et hoc in illud. 2a regula quando conclusio est particularis negativa, syllogismus non concludit indirecte, sed solum directe: unde recte et directe concludit syllogismus hic in Baroco omnis homo est risibilis sed aliquod animal non est risibile: ergo aliquod animal non est homo. Sed iste autem talis syllogismus, si conclusio asseretur indirecte sic ergo aliquis homo non est animal rationale qui conclusio falsa ex praemissis veris recte infertur, quod falsum est. Notandum tandem 4or priores modos 1ae figurae clarissime et evidentissime concludere: unde si quis in aliquo eorum concessis praemissis conclusionem negat, omnino relinquendus est, et cum eo conferre sermonem non valens nec tenetur non contendendum. Ceteri vero reliqui 2ae, 3ae, quae 2ae et 3ae figurae non adeo clare convincunt quam sicut et innotuerunt Dialecticae arte de qua postea reducendi illos ad 4or priores modos.

SECTIO II.

PRINCIPIA QVIBVS ARS SYLLOGISTICA NITITVR EXPLICANDA TRADVNTVR.

43 Duo principia supposuit Aristoteles quibus tota syllogismorum machina innititur. 1um est *dici de omni*. 2um *dici de nullo*. 1um deservit ad syllogismos affirmativos, et explicatur sic quidquid affirmatur de toto omni, sive de toto distributivo, debet etiam affirmari de quolibet inferiori contento sub illo toto distributivo; unde quia de omni homine verum est affirmatur, sive de toto distributivo affirmatur particulare animal, ipsum animal affirmandum est de Petro: quia Petrus in omni homine continetur. Ratio huius principii est, quia animus

munis ipsius affirmantia perfecte distributivae omnino requirunt quod praedicatum affirmetur de omnibus et singulis inferioribus contentis sub illo termino communi atque adeo si praedicatum, quod affirmatur de termino communi perfecte distributivo, non deberet etiam affirmari de quolibet inferiori contento sub termino communi, idem praedicatum affirmaretur, et non affirmaretur de termino communi perfecte distributivo, quod aperte implicationem involvit.

44 Ob evidentiam igitur huius principii concludit evidenter syllogismus iste in Barbara omne animal est vivens; sed omnis homo est animal: ergo omnis homo est vivens: ergo, quia in maiori de animali perfecte distributo praedicatum vivens affirmatur, praedicatum vivens affirmatur etiam in consequenti de homine, qui sub animali continetur. Simili evidentia concludit hic syllogismus in Darii omnis homo est animal; sed Petrus est homo: ergo Petrus est animal: ergo praedicatum animal in consequenti affirmatur de Petro; quia in maiori affirmatur idem praedicatum animal de omni homine perfecte distributo, in quo continetur Petrus. Hic opportune observabis, ultimum syllogismum esse in Darii licet minor et consequens sint propositiones quantitatis singularis; quia istae quoad hoc praedicatum non differunt ut optime notavit Pater [illegible] a propositionibus quantitatis particularis.

45 Secundum principium scilicet dictum de nullo deservit ad syllogismos negantes, illos scilicet, quorum consequens est negans, et explicatur sic: quidquid negatur de termino communi perfecte distributivo, debet etiam negari de quolibet inferiori contento sub illo termino communi: unde quia de omni homine vere perfecte distributivo negatur praedicatum lapis, ipsum negandum est etiam de Petro; quia Petrus continetur in omni homine. Ratio principii est, quia cum termini communis ipsius negantia perfecte distribuatur, omnino requirunt quod praedicatum negetur de omnibus et singulis inferioribus contentis sub illo termino communi; atque adeo si praedicatum, quod negatur de termino communi perfecte dis-

particulari, non deberent etiam negari de quolibet inferiori
contento sub medio communi, idest Rationes negantur, et non negan-
tur de medio communi sufficienter distributo. quod manifestam
involvit contradictionem. Obiicitur evidentia igitur talis principii evi-
dentia concludit syllogismus iste in Celarent: nullum animal est la-
pis; sed omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis: ergo quia la-
pis in maiori negatur de omni animali, ideo in conclusione negatur
etiam de omni homine, qui sub animali continetur. Simili eviden-
tia concludit hic syllogismus in Ferio: nullus homo est equus; sed
aliquod vivens est homo: ergo aliquod vivens non est equus: ergo quia e-
quus in maiori negatur de omni homine ideo in conclusione negatur
etiam de aliquo vivente quod sub homine continetur.
Ex dictis

46 patet Rationem prima duo principia loqui de medio communi perfecte
distributo: defectu eiusdem distributionis non sunt legitimae argumenta-
tiones istae: essentia divina est Pater; sed Filius est essentia
divina: ergo Filius est Pater: essentia divina est Pater, sed
filius non est Pater: ergo filius non est essentia divina. In
utroque igitur syllogismo illo medius communis essentia divina de-
beret distribui sic quidquid est essentia divina est Pa-
ter, et hoc facto uterque syllogismus legitimus erit at vero
sunt maior utriusque syllogismi erit falsa unde mirum non est,
quod utriusque consequens falsum sit.

47 Duo alia sunt principia
Rationis similia, et lumine naturae nota, quae Pro Hispano
communiter tribuuntur. Primum est: quae sunt eadem uni tertio sunt idem
inter se, quod ad syllogismos affirmativos deservit. Secundum est:
extrema distinguuntur inter se, quorum alterum identificatur cum
uno tertio et alterum ab eodem uno tertio distinguitur, et hoc deservi-
bit ad syllogismos negantivos. Sed videtur, quod talia principia
exceptionem patiuntur in Divinis ob gravissimam difficul-
tatem, quam inferre hoc duplex argumento. Primum est quae sunt eadem

uni 3o sunt idem inter se; sed Pater et Filius sunt idem uni 3o; ergo » essentia Divina et Pater et Filius sunt idem inter se. Tandem ea » extrema disjunguntur inter se quorum alterum identificatur cum uno » 3o, a quo alterum extremum disjungitur; sed essentia Divina iden- » tificatur cum uno 3o, a quo Filius disjungitur; essentia quippe » est divina identificatur cum Patre, a quo Filius disjungitur: ergo » Filius et essentia Divina disjunguntur inter se. Desumptaeque argumentationis falsissimae sunt, minores autem sunt fide certae: unde de primae quae maiores assumuntur, limitandae sunt.

48 Nihilominus, quia omnia in Divinis sint supra nos, et Divina Mysteria licet sint supra nos tamen sunt de rationis lumine, utique limitanda quae explicanda sunt secundum duo principia lumine naturae nota. Varie ista a theologis exponuntur. Pro nobis sufficiat explicatio quorundam Doctorum, juxta quos sensus primi principii est iste: quae realiter identificantur adaequate cum uno 3o, identificantur inter se: 2i autem sic: ea extrema disjunguntur inter se quorum alterum adaequate vel realiter identificatur cum uno 3o, a quo alterum realiter adaequate disjungitur.

49 Sed jam cum nec Pater nec Filius identificentur realiter adaequate cum essentia Divina (quia Pater non est quidquid est essentia Divina, siquidem essentia Divina est Filius, et Pater non est Filius) inde est quod Pater et Filius non identificentur inter se. Insuper cum essentia Divina non identificetur realiter adaequate cum Patre (quia non quidquid est essentia Divina est Pater; siquidem essentia Divina est Filius, et Filius non est Pater) nec Filius realiter adaequate disjungatur a Patre (quia Filius non disjungitur ab omni eo quod est Pater; siquidem Pater est essentia Divina cum qua Filius identificatur) inde est, quod Filius et essentia Divina non disjunguntur inter se. Hinc colligitur, illa duo principia esse universaliter vera et colliguntur

cri, q solum duplici face argumentis cuius lanceam fon
mon. ne in aliena messe falcem mittamus omnino sta-
minimus, qui omnia defendere, et stabilire nostra intenta
est sed thomae.

50 Notabis hic, quod quando Syllogismi communes extre-
mitatibus fixi, nempe medium fixi est terminus communis, iste
perfecte distribuendus est iuxta suam capacitatem in omni syllogismo
tam affirmativo, quam negativo; aliquin ex identitate extremo-
rum cum 3° non infertur illorum identitas: neque ex identitate unius
extremi cum 3°, et distinctione alterius extremi ab eodem 3° infertur
extremorum distinctio. Exempla huius perfectae distributionis medii
communis sint hi duo legitimi syllogismi, alter affirmativus in Da-
rii, et alter negativus in Celarent: omnis equus est animal; sed
aliquod hic est equus: ergo aliquod hic est animal: nullus equus
est h; sed omne hic est equus: ergo nullum hic est h.

51 Dixi 1°,
quando medium syllogismi est terminus communis; quia quando medium est
terminus pure singularis, absque ulla medii distributione syllogismus re-
cte concludit, ut patet in hoc duplici syllogismi expositorio, Petrus
est hic h; sed hic hoc est animal: ergo Petrus est animal: Petrus est spi-
no; sed hic h non est lapis: ergo Petrus non est lapis. Dixi 2°, me-
dium, quod est terminus communis perfecte distribuendum esse iuxta suam
capacitatem, quia terminus pure communis Deus, Deitas, Essen-
tia Divina non est capax alterius perfectae distributionis nisi
quae explicatur per hanc vocem quidquid, quae distributio
ad hunc vendam est; quia sine illa syllogismus non erit legitimus, ut dictum
a nobis est numero 44.

52 Aliud principium est ex puris particularibus
nihil infertur. Ratio est; quia si termini sint pure particulares
extremitates non identificantur cum unico, sed cum duplici medio, ut pa-
tet in hoc illegitimo syllogismo aliquis h est animal; sed aliquod animal
est equus: ergo aliquis h est equus, inquam, quod est paradigmati

videat, quod est subiectum minoris. Nota quod eiusdem principii locum habet quando medium est terminus communis, et assumitur in utraque particulari; si enim syllogismi medium sit terminus pure singularis, syllogismus recte concludit, ut concludit iste Petrus est rationalis; sed aliquis homo est Petrus ergo aliquis homo est rationalis. Ultimum principium est: ex puris negativis nihil infertur. Ratio est; quia praemissae pure negativae solum separant extrema a medio, seu ab uno 3o, ex eo autem, quod extrema disconveniant ab uno 3o, neque infertur esse diversa inter se, neque esse inter se identificata. Unde ex his praemissis pure negativis nullus equus est rationalis; sed nullus homo est equus non infertur consequens istud negativum ergo nullus homo est rationalis. Similiter ex his nullum hinnibile est leo; sed nullus homo est hinnibilis non infertur consequens affirmativum sic: ergo aliquis homo est leo, aut sic: ergo omnis homo est leo

53. Sed dices contra ultimum hoc principium: legitimus est hic syllogismus quidquid non est risibile non est homo; sed equus non est risibilis: ergo equus non est homo, et etiam iste nihil distinctum ab alio est equus; sed nihil distinctum a vivente est aliud: ergo nihil distinctum a vivente est equus atqui tales syllogismi constant praemissis pure negativis ergo falsum est principium illud ex puris negativis nihil infertur. Distinguo maiorem negando; quia minor utriusque syllogismi est affirmativa. Minor 1i explicari debet sic, sed equus est aliquid quod non est risibile; quia medium est illud totum, quod non est risibile: unde 1us syllogismus sic disponendus est: omne quod non est risibile non est homo; sed equus est aliquid, quod non est risibile: ergo equus non est homo; quia non nisi ita applicabitur extremitati minori illud medium, quod non est risibile. 2us syllogismus sic explicandus est: quidquid est distinctum ab alio non est equus. sed omne distinctum a vivente est distinctum ab alio: ergo omne distinctum a vivente non est equus: unde etiam syllogismus 2us stat minori affirmativa.

SECTIO III.

NOTATA QUAEDAM ET SYLLOGISMORUM FALLACIAE DETEGUNTUR.



Ex=

54 Ex dictis patet tota ratio secundae nostrae 2o sensu verifi-
llius omnis actionantis cum sequitur de illis partis:
illius partis sensus est hic: si aliqua ex praemissis fuerit
negativa, conclusio negativa erit, et si aliqua ex praemissis fuerit
particularis, conclusio particularis erit. Ratio prima patet est; quia ex
eo quod una extremitas disquatur a medio cum altera iden-
tificatur, solum potest inferri extremitates disqui inter se; sed
hoc illatum est conclusio negativa: ergo ex praemissis quarum una est
negativa solum potest inferri conclusio negativa. Ratio 2a patet est;
quia si ex praemissa particulari simul cum universali inferretur
conclusio universalis, plus inferretur, quam continetur in praemissis,
quod fieri nequit: atque adeo cum in his praemissis omne a
est valis; sed aliquod a est b solum continetur identitas ali-
cuius, non vero omnis alis cum medio b; inde est, quod ex illis
solum posset inferri hoc conclusio particularis: ergo aliquod a est vale
non vero hoc universale: ergo a est vale.

55 Nota 2o de deceptionibus aliquo-
rum syllogismorum falacias, seu sophismata. Ut igitur et fugiens syl-
logismus est, quod, non decernent easdem proprietates et
etiam easdem suppositiones terminorum, ut certae decernit a confusionibus distri-
butivis, quae mutant potest indistinctiva determinata, unde
Ille qui in miserunt, et frustrati sunt syllogismi quos in subdimus. Ut: quidquid
edis comedis; sed edis librum: ergo comedis librum. Hic syllogismus peccat
quia medium in maiori diversa significatione accipit, ac in minori pa-
titur. 2us: si sub hac evangelica lege fuit videntur, sic sub su-
mas; sed omnes caeci visu carentes ergo qui visu carent vident etc.
concludit syllogismus iste quia minor sensu composito habet, cum non
habeat divisum. 3us: a est genus; sed b est a ergo b est ge-
nus: incertus syllogismus quia maior usurpat vocem a sim-
pliciter; minor autem personaliter.

56 Quis omnis civis est ci-
vitas; sed Petrus est civis; ergo Petrus est civitas. Hic syllogismus

nullus est quia in maiori omnis sermo habet synonymum et tamen sicut in minori. Sus quod est Aristoteles ... sed loca quinquesillaba est Aristoteles: ergo est ... ubi maior loquitur de Aristotele cum Domino, minor de eodem ut auctore, sus gallus est avis; sed ... est gallus; ... est avis; ubi ... Gallus in maiori sumitur pro gallo gallinaceo et in minori pro ... in Gallia nato. sus ... est aliquid; sed aliquid est quadrisillabum: ... est quadrisillabus; ubi li aliquid sumitur formaliter in maiori, in minori materialiter. Sus in vertendo hac argumenta: quod ego sum, tu non es; sed ego sum homo; ergo tu non es homo; ubi maior verificatur de esse numerico et individuali, minor ... de esse specifico.

57

... verum sophisma est, quod licet ipse infra ... habet tamen sub specie veritatis falsum aliquid ... ita se habet sophisma fallax, et captiosus: quicumque dicit te esse animal verum dicit; sed qui dicit te esse asinum dicit te esse animal; ergo qui dicit te esse asinum verum dicit. Similiter possent omnes veritates destrui, et omnis error adstrui. In his tamen nullum sit vitium apparet, sed solum maioris, quia sit licet maior, universalis et indistincte sumpta, falsa est. Sic igitur distinguenda est maior: quicumque dicit te ... verum dicit, si nihil addat alienum concedo: si aliquid alienum addat nego. Ita etiam se habent sophismata: quod non amisisti habes; sed non amisisti ... : ergo habes .... Quando nullus homo vigilat omnis homo dormit; sed ... nullus homo vigilat ... omnis homo dormit. maior utriusque sophismatis ... sed ut vera falsitatem sapit, licet utriusque sophismatis vera sit. Sed vitium sophisticum, ut Spiritus Sanctus in suis docet, odio habeamus, unde his sophismatibus quisquiliis vale dicamus.

Finis huius sectionis

SECTIO IV. M.

DE REDUCTIONE SYLLOGISMORUM PER OSTENSIONEM

58 Quatuor priores dictae figurae nempe Barbara Celarent Darii Ferio carmine perfecti; quia syllogismi in ipsis fiunt [illegible], sed etiam clarissime et evidentissime concludunt; quae autem posteriores dictae figurae, et etiam dicti omnes 2ae et 3ae vocantur imperfecti, quia in ipsis licet legitima; id tamen non adeo clara est illatio: unde aliquando accidit, quod admissis praemissis syllogismi imperfecti stulte et insipienter conclusionem negarunt. 2o igitur respondentem cogamus eandem conclusionem quam imprudenter negabit (ut hispani dicunt capite) syllogismus imperfectius reducendus est ad aliquem ex 4or prioribus dictae figurae. Reductio duplex fieri potest per ostensionem et per impossibile: de hac posteriori autem dein agemus. Reductio per ostensionem ideo talis dicitur, quia clare ostendit, conclusionem syllogismi imperfecti esse rectam, et imprudenter negatam fuisse.

59 Ad praxim huius reductionis notato, quod talis reductio fit mutatione propositionum, quatenus termini aliqui convertuntur, aut maior ponitur loco minoris, aut utraque [illegible]. Nota 2o quod omnes dicti imperfecti incipiunt ab una ex his litteris B, C, D, F a quibus etiam incipiunt dicti perfecti nempe <u>Barbara</u>, <u>Celarent</u>, <u>Darii</u>, <u>Ferio</u>. Dicti igitur imperfecti incipientes a <u>B</u> reducentur per ostensionem ad Barbara; incipientes a C ad Celarent, incipientes a D ad Darii, et incipientes a F ad Ferio. Nota 3o, quod in quolibet dicto imperfecto reperiuntur aliqui vel saltem aliqua ex his consonantibus, quae vim solum explicandi habent S, M, C, quarum significationem docent sequentia carmina

Simpliciter vertitur **S**, **P** vero per accidens.

M vult transponi: **C** per impossibile duci.

60 Igitur littera **S** reperta in dicto imperfecto vel syllogismo docet quod propositionis cuius vocalem immediate praecedens litterae S

contrariae simpliciter. Littera P. docet quod debet fieri cata-
vocali immediate praecedenti. Littera S. contrariae per accidens.
Littera M docet mutationem praemissarum ita ut maior fiat, quae
erat minor, et quae erat minor fiat maior. Littera C in medio
dictionis reperta, ut reperitur in solis his duabus dictionibus Baroco
vocando, docet quod tales dictiones solum per impossibile possunt
reduci et consequenter non per argumentum reductionem per conversionem.

61 Antonius docet: sit praxis syllogismus iste: omnis homo est animal; sed nullus
equus est homo: ergo aliquod animal non est equus est in quarto modo imperfec-
to Frapesmo, eveniat quod aliquis admissis praemissis conclusionem
negat: cogitur conclusionem concedere, si talis syllogismus reducatur per con-
versionem ad suum perfectum; et quia dictio Frapesmo incipit a littera
F. syllogismus iste reducendus est per conversionem ad quartum perfec-
tum Ferio. Sed fiet ita: maior convertatur per accidens, quia 1a vo-
calis huius dictionis Frapesmo immediate praecedit P; minor
convertatur simpliciter quia 2a vocalis talis dictionis
immediate praecedit S; maior ponatur loco minoris, et
minor loco maioris, quia in tali dictione reperitur consona littera
M; et fiet hic syllogismus in Ferio: nullus homo est equus; sed ali-
quod animal est homo: ergo aliquod animal non est equus: in conclusionem negatam.

62 Exempla alia accipitur: conclusio praemissis negabit quis conclusionem huius syl-
logismi in modo imperfecto Baralipton: omnis homo est animal; sed omne risibile
est homo: ergo aliquod animal est risibile. Talem igitur syllogismum reduces per conver-
sionem ad suum perfectum Barbara, quia dictio Baralipton incipit a lit-
tera B. et quia in dictione Baralipton solum invenitur haec littera
consona P post 3am vocalem talis dictionis solum 3a propositio debet
converti per accidens concessis iisdem praemissis sic: omnis
homo est animal; sed omne risibile est homo: ergo omne risibile est animal: in syllogismo in
Barbara, cuius conclusionem iuxta regulas conversionis conversae per acci-
dens et habebis conclusionem negatam: ergo aliquod animal est risibile. Nota igitur

licet dd in Baralipton ut hoc ex parte assumatur ad e-
ceat doceri simpliciter, quatenus tamen subest praemissa
lis di est ita convertibilis per accidens in universalem affir-
mantemq, quia hic ex talibus praemissis legitime et dirige
re infertur. Reducemus per ostensionem duplices dy infer
fenty 3 figurae.

63 Eminaq reductionem di in 2a figura; hic
syllogismus nullus lapis est h sed omne vile est h: nullum vi-
le est lapis est in Cesare reducendus juxta regulas datas
ad Celarent convertendo simpliciter majorem sic: nullus h est
lapis; sed omne vile est h: nullum vile est lapis: in syllogismo
perfecto in Celarent. Do denique reductionem di in 3a fi-
gura accipiatur: hic syllogismus aliquod vile est at; sed om-
ne vile est vale: aliquod vale est at est in Disa-
mis: juxta dicta reducendus est ad Darii convertendo ac
cidentaliter majorem, et ponendo majorem loco minoris, minorem loco
majoris sic: omne vile est vale; sed aliquod at est vile: ali-
quod at est vale: in syllogismo in Darii, cujus conclusio convertitur sim
pliciter et datur ipsa, quae deducebatur in Disamis
scilicet: aliquod vale est at. Ultimo infertur ex dictis quod in
in reductione per ostensionem aliquando deducitur ip-
sa met conclusio imperfecti reducti; aliquando vero de
ducitur alia ex qua legitime convertitur conclusio
imperfecti; sed cum regulae circa positionem conversionis, in qui-
bus reductio per ostensionem fundatur, evidentissimae sint,
inde est, quod semper evidenter deducatur per osten
sionem, quod di imperfecti, sive immediate sive mediate ea
deducatur.

SECTIO V.

DE REDUCTIONE SYLLOGISMORUM PER IMPOSSIBI-LE.

64 Impossibile est quod duae contradictoriae aut contrariae sint simul verae: ideoque

reducendus impossibile appellatur illa in cuius cogitur ad concedendas duas contradictorias, aut saltem eas quae concessis praemissis syllogismi imperfecti contradictoriam negavit. Ad huius reductionis praxim notabis 1o quod licet omnes imperfecti reducantur ad 4or priores 1ae figurae, id est ad 4or perfectos, tamen non quilibet imperfectus potest reduci ad quemlibet perfectum, sed certo ordine, qui sequentibus carminibus continetur.

Barbara, Celanton, Fapesmo, Baroco, Bocardo.
Vertit et illarum cum pravitate docet.
Celarent Disamis Dabitis, Festino Darapti.
Comprobat, hos inter et Baralipton erit.
Dulcit Darii, Frisesmo Camestres cumque Ferison.
Celantes Ferio Cesarem Datisi amat.

notabis 2o quod nam praemissa syllogismi imperfecti retinenda est, et ubi in syllogismo perfecto ponenda, ut ex illa simul cum contradictoria consequentis negati inferatur contradictoria, aut contraria alterius praemissae iam concessae. Ad hoc sequentium carminum doctrina deservit.

Pro prima figura
In prima illati contradictoria maior
Esto prior: maior ponatur sede minoris.
Dempto Celantes, in quo est inversus ordo
Pro secunda figura
Servat maiorem, variatque secunda minorem
Pro 3a Tertia maiorem variat, servatque minorem.

65 Exemplis res clara fiet: inter arguendum opponitur hic syllogismus in Baralipton omnis equus est animal, sed omne hinnibile est equus; ergo aliquod animal est hinnibile: negavit respondens consequens praemissis concessis. Urgeo illum reducendo praedictum syllogismum per impossibile ad suum perfectum Celarent, quia ita praescribit differentia illa de Celarent Disamis etc., et quia dum Baralipton est 1ae figurae, ponenda est pro maiori contradictoria consequentis negati, et pro mi-

maior est Darii syllogismi; quia ita se habent versus illi in-
fima illatio unde deducitur ad ... minoris se-
qui:
66 Ex illis igitur respondetur sic: negatur contradictoria ista aliquod animal est hin-
nibile: unde ea debet ... negatur
nullum animal est hinnibile ... sed omnis equus est animal
ergo ... clarissime et evidenter infertur in 2o Celarent:
ergo nullus equus est hinnibilis, quia ad ... simpliciter sic
ergo nullum hinnibile est equus est ... conversio illius minoris om-
ne hinnibile est equus quae ... Si igitur, ut debet, duas ...
... ad legitimam illam conclusionem: ergo ali-
quod animal est hinnibile, quae negatur. Similiter reducendi sunt
reliqui modi imperfecti 2ae figurae, dempto 2o Celarent; quia
ut hic syllogismus in Celarent nullus hinnibile est equus; sed omne
risibile est hinnibile ergo nullus equus est risibilis reducatur per impossibile
minor sumenda est pro maiori et ... sequitur
pro minori unde fiat hic syllogismus in Darii omne risibile est
hinnibile; sed aliquis equus est risibilis ergo aliquis equus est hinnibilis
quae si declaratur simpliciter, est ... illi-
us maioris ...
67 ... exemplum in 3o figurae.
Hic syllogismus: omnis equus est hinnibilis; sed aliquis hinnibile
est risibilis ergo aliquis risibile est equus est in Datisi: unde
reduci debet ad Barbara, et quia est modus 3ae figurae
convertenda est eadem maior ut pro minori sumenda est ...
... quia ita se habent illo dimin conversione
... unde oritur hic syllogismus in Barbara omnis equus
est hinnibilis; sed omne ... est equus ergo omne ... est hinnibile
quae ... illius minoris ... Tertium de ex-
emplo in 4o hic syllogismus omnis equus est hinnibilis; sed
aliquis equus est animal; ergo aliquod animal est hinnibile est in Darapti:
unde reducendus ad Ferio; et quia est modus 3ae figurae

ponitur pro maiori contradictoria conclusionis; contraria eadem minor; quia ita scribitur versu illo Zamad: unde fluit hic syllogismus [illegible] nullus [illegible] sed aliquis equus est albus, aliquis equus [illegible] [illegible] contradictoria maioris [illegible] appositis

68 Ex appositis exemplis reductionis per impossibile patet, quod in huiusmodi reductione aliquando deducitur immediate contradictoria vel contraria alicuius praemissae consequentiae in syllogismo imperfecto; aliquando vero deducitur mediate, quatenus in syllogismo inferente deducitur propositio, quae si recte examinetur, est contradictoria aut contraria alicuius praemissae consequentiae in syllogismo imperfecto; hoc autem fit ut cogatur respondens concedere consequentiam inventam negatam, sive non vult concedere duas contradictorias, aut duas contrarias.

Haec sunt florentissimi Juvenes, quae pro via ad Logicam [illegible] dilucidationem nova hisce nostris Dialecticis institutionibus tradere visum est, et pro necessarium judicavi, sufficiantque haec pro Summularum tractatione spinosa quidem sed genium et aemulatorum [illegible], petroso saxo, sed fontium imitata naturam, qui quo arctius saxis, scopulisque premuntur, eo puriores, salubrioresque via cudunt undas. En Claromontensis inter, nostri [illegible] mirthi Deo auspice attingimus, en compendiariam ad Logicam manuductionis lucubrationibus colophonem imponimus. Quidquid in hac nostra opella pravum fuerit, nostrae ascriptioni tribuitur, siquidem vero laude dignum, et veritati consonum invenerimus, Deo Optimo Maximo, [illegible] toto animo vellem cedamque quae dicta sunt in laudem, et honorem totius nostrae Philosophiae augustissimo [illegible] in Eucharistiae Sacramento [illegible] ob velati Numinis nec non Sacratissimae sapientiae Matris Sacratissimae Virginis Mariae, quae a primo suae conceptionis instanti ut hodierna restituta anniversaria solemnitas tota pulchra et sine originalis culpae naevo apparuit demiranda. Tanquam numini nostros hos qualescumque labores libenter sacramus et ad eius aras appendimus supplices.

Pãrio et Carmonensibus honor.

Non quia consurgam sublimis ad ethera Carmo
aut mihi certa ferax spicea nectar agens
Nec quod ab eõis vibrat me Phosphorus oris,
effulsit: aut civis nobilitate meã

Est ego tam felix duplici splendore Carmoni
Seu Theodomiri sive Mathez tuo

4

Una espiritual medicina del pecado despues del vaunismo cometido. que efectos causa la penitensia. gracia con que se nos perdonan las culpas pasadas. y preservan las culpas pasadas. y preservan las reincidenas que partes tiene Tres. Contrision, Confesion y Satisfasion. De quantas maneras es la Contrision De dos, una perfecta, y otra menos perfecta, que llam

Dn Juan Maria Chacon

Don Juan De Rivera y Lara

Antonio Maria

D. Rivera

Maria Don Juan

Antonio Maria Manuel

Diego Cadis

Maria Dezascuis
y Lara

